

ras, cara quidem percurrrens, nihil quinino quod A gaveris, ventilaveris, celsoque in sublime fare sustuleris. Unde equidem animo jam meo ex ejus ubertate refoto, exemplari etiam integerrimi voluminis fratribus mihiq̄ confecto, totumque demum volumen illibatum sanctitati vestræ remissum. Orationum vostrarum supplex quæso suffragium, domne, semper, Dado.

## S. ELIGII

### NOVIOMENSIS EPISCOPI

### HOMILIÆ.

#### HOMILIA PRIMA.

IN NATALI DIE DOMINI

*De pace servanda et de elemosyna.*

Ad aures vestræ charitatis, o domini et fratres mei afflictissimi, primam nostræ locutionis vocem incipiens emittere, et more infantium balbutientium quasi imperfecta verba formare, quo primum ut exordio, aut quis meum os nimia clausura imperitia superiet primus sermo? Vel quæ linguam meam tartaricis ligatam nexibus, absolvet oratio? Certe, cum Dei gratia, vestris suffragantibus meritis, oratio! Oratio, inquam, non illa quæ est oratorum, id est, elocendi peritorum, et arte constat, ac promitur eloquentia, sed quæ est devotorum Christi, scilicet, humilium, et in conspectu ejus, mente effunditur benigna, et a benigno Domino auro percipitur et acceptatur placida. Quam nunc quoque a mea parvitate coram ipso prolatam efficiet exaudibilem sancta charitas a qua, ut me humilem huic Ecclesiæ constitutum præselem vestris dignemini illi commendare precibus in cujus manu et sermones nostri et nos sumus, totis præcordiorum depono nisibus. Adestote ergo, fratres, votis meis, adestote piis conatibus, adestote precibus. Convenio namque vos, verbis Doctoris gentium, beati Pauli apostoli, quibus inter cætera Ephesios hortatur dicens: *Per omnem orationem et obsecrationem, orantes omni tempore, in spiritu, et in ipso vigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis et pro me, ut detur mihi sermo in aperitione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium Evangelii (Ephes. vi).* Vestris igitur sanctis orationibus a Deo me exaudiri posse confusus, jam nunc effundo in conspectu ejus orationem meam, et supplex, ejus benignissimam imploro clementiam dicens: *Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam (Psal. l.); et ne offendam in verbo, et ne peccem tibi, pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis (Psal. cx).* Itemque in me impleri exoptulo *ut audiam quid loquatur in me Dominus Deus (Psal. lxxxiv); et ut ipse in vobis illud adimplere dignetur quod subjungitur, quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Ex his ergo verbis, nostræ orationis initium sumam de istius per Psalmistam (a sancto Spiritu) prolata

B dulcedine promissionis; et ad vos incipiat de pace servanda admonitio salutaris; quæ posco firmiter hæreat animis vestris; ac prins in commune, communem Dominum deprecemur, ut ipse secundum pollicitationem suam, in nos (hoc est, in cor nostrum) loqui dignetur; et det vobis probare idem, cognoscere et intelligere, *quæ sit voluntas ejus bona et beneplacens et perfecta (Rom. xii); et dicatis ei cum Psalmista: Dirige nos in veritate tua, et doce nos, quia tu es Dominus salutaris noster (Psal. xxiv).* Itemque: *Docce nos facere voluntatem tuam (Psal. cxlii), ut nos, faciendo quod præcipit, eum loquentem illis audiamus auribus quas in Evangelio requirit, dicens: Qui habet aures audiendi audiat (Matth. xi; Marc. iv; Luc. viii).* Ille nos de se semper loquentes, et ad se de quacunque tribulatione clamantes audiat, clementer exaudiat; ac, depulsa omnium inimicorum nostrorum instantium tam visibilibus quam invisibilibus æra quam pro peccatis nostris juste patimur adversitate, *loquatur et faciat pacem in plebem suam, et super sanctos et in eos qui convertuntur ad cor (Psal. lxxxiv);* quam ita demum promerebimur si *servare unitatem Spiritus in vinculo pacis studeamus (Ephes. xliii).* Unde vos et unumquemque vestrum una mecum admonere volo, ut quia, secundum Apostolum, omnium Christianorum unum corpus et unus spiritus debet esse, ut unus est nobis Dominus, una fides, unum baptisma (Ephes. iv), ad unam spem vocationis nostræ, unita cum proximis mente, curramus. Enim vero quam Domino gratum, et quantum sit bonum illius quæ ex Deo eat pacis et concordix, hodierno die patefecit nobis manifestissime unanimiter concinens chorus cælestis militiæ, cum, nato eo qui pacificaret cælestia cum terrenis, pro tam jucunda lætitia nostræ reparationis, suæque ac nostræ unanimi-tatis, concordi cecinit voce: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis (Luc. ii).* Et quidem pulchre, nato illo de quo propheta olim prædixerat quod inter cætera nomina tanto puero digna vocaretur *Princeps pacis (Isai. ix), et certe ejus pacis, cujus non erit finis, nuntiatur ab angelis, in terra pax hominibus bonæ voluntatis (Luc. ii);* quæ pax alia non est quam ille qui hodie nasci dignatus est. *Ipse enim est pax nostra, secundum Apostolum, qui facit*

utraq; unum (Ephes. 11). Hæc denique fuit illius, A mirabilis causa, mysterii, quo illud Verbum quod in principio erat, et apud Deum erat, et Deus erat, per quod omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil, in fine sæculorum, caro factum est et habitavit in nobis (Joan. 1), ut mediator fieret Dei et hominum homo Christus Jesus, verus Deus et verus homo, in unitate personæ, et solveret in carne suas inimicitias quas peccando et recedendo a Creatore suo contraxerat genus humanum. Si autem quæris quomodo illas inimicitias solverit, nosque per mediatoris officium Deo Patri reconciliaverit, et angelorum collegio sociaverit, duos quoque parietes ex Judæis et gentibus venientes (factus idem Lapis angularis) in unitatem fidei conjunxerit, audi Apostolum dicentem : *Per unum novum hominem faciens pacem, ut reconciliaret ambos in uno corpore, Deo, per crucem interficiens invidias in semetipso* (Ephes. 11). Et, si nosse vis, idem Dei et Hominis Filius ad quid venerit aut quid in carne egerit, quidve tibi imitandum proposuerit, ipse sanctus Apostolus tibi consequenter demonstrabit : *Veniens, inquit, evangelizavit pacem vobis qui longe fuistis, et pacem his qui prope; quoniam per ipsum habemus accessum, ambo in uno spiritu ad Patrem*. Evangelizavit autem pacem, adimplendo hoc quod dudum promiserat per Psalmistam : *quoniam loquetur pacem in plebem suam* (Psal. LXXXIV), cum non solum in sua nativitate pastoribus pacem per angelos nuntiavit, sed et per seipsum discipulis suis dixit : *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* (Joan. XIV); quod non tantum his qui tunc in presentiarum eum audierunt loquentem dictum credimus, sed etiam nobis omnibus, si tamen vere ejus discipulatu inhaeremus. Ita ergo nos probare possumus, si vere ejus discipuli sumus, si hæc verba ejus in nostro corde fixa retinemus et opere sollicitè exercere studeamus. Quibus iterum ait : *In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem* (Joan. VIII). Igitur quoniam Dominus commendavit charitatem suam in nobis, et cum inimici essemus reconciliavit nos sibi per mortem Filii sui, et hujus reconciliationis et justificationis gratiam, qua gratis justificati sumus, nullo modo ad condemnationem nostram negligamus, sed, justificati ex fide, pacem habeamus ad ipsum per Dominum nostrum Jesum Christum. Quam ut inconcussi tenere valeamus, pacem etiam cum proximis nostris illibatam custodiamus, reddentes, juxta præceptum Apostoli, omnibus debita : *cui timorem, timorem; cui honorem, honorem* (Rom. XIII). Unde beatus Petrus præcipit : *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Dominum, sive regi quasi præcellenti, sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum* (1 Petr. 11). Rex autem, in recto vivendo et agendo, nominis sui dignitatem custodiat. Principea et judices, quod sibi sacra dicit Scriptura libenter audiant et obediant, atque libentius faciant. *Diligite* (inquit) *justitiam qui judicatis terram : sentite de Domino in bonitat; et in simplici-*

*tate cordis quærite illum* (Sap. 1). Et illud : *Nunc, reges, intelligite, erudimini qui judicatis terram : servite Domino in timore, etc.* (Psal. 11). Publicani et peccatores beatum Joannem Baptistam sibi dicentem audiant, et obediant : *Nihil* (inquit) *amplius quam quod constitutum est vobis, faciatis, et ne ultra præscriptum quid exigatis* (Luc. 11). Milites, quod sibi ab eodem dicitur attendant; nec calumniam facientes prædæ acquirant. *Neminem* (inquit) *conculcatis, neque calumniam faciatis, et contenti estote stipendiis vestris* (Ibid.). Omnes vero in communi auscultent, quod omni ordini, atque omni congruit et necessarium est ætati : ut juxta facultatem virium suarum, operibus eleemosynæ insistentes, cuncti in omnibus quibus indigent proximi, sic eis subveniant quomodo sibi si necesse fuerit desiderant subveniri. Sic enim dicitur, *qui habet duas tunicas, det unam habenti : et qui habet escas, similiter faciat* (Matth. VII). Itemque, *quod vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis* (Marc. X); hæc nempe lex est naturalis. Ergo his sanctis parentes admonitionibus, si quis vestrum hucusque aliena rapuerit, amodo sua dare incipiat (Luc. VI); et qui hactenus sua parcius dabat, jam nunc quia Deo feneratur receptor centuplum (Matth. XIX), ea largius expendat : hæc de incerta longævitate suæ vitæ cogitans, si ea retinere velit, ea forte citius quam putat se amissurum; ac proinde spem suam totam potius Dei misericordiæ committat : *Beatus* namque est *vir cuius spes est in Domino Deo ipsius* (Psal. XXXIV). Memor sit unusquisque illius Evangelicæ parabolæ, quid Dominus dixerit diviti horrea sua destruenti et majora facienti : *Stulte, hæc nocte, etc.* (Luc. XII). Unde ad nostram, dilectissimam, exhortationem, retexam vobis antiquorum primum veridicam relationem, quæ ita se habet. Narraverunt senes de quodam hortulano, quia laboraret et omnem laborem suum expenderet in eleemosynam, et tantum sibi retinebat quantum ad victum ipsius sufficeret. Postea vero Satanas misit in corde ejus dicens : *Collige tibi aliquantam pecuniam, ne cum senueris aut ægrotaveris, opus habeas ad expensas; et collegit et adimplevit lagenam de nummis. Contingit autem eum infirmari et putrescere pedem ejus : et expendit quod collectum fuerat in medicos, et nihil ei prodesse potuit. Postea vero venit quidam de peritis medicis dicens ei : Nisi scideris pedem tuum, totam corpus tuum putrefcet; et constituerunt diem furidum illi pedem. Illa autem nocte rediens in se, et penitentiam agens de his quæ gesserat, ingemuit et flevit dicens : Memor esto operum meorum priorum, quæ faciebam cum labore intento meo, ex quo pauperibus ministrabam. Et cum hoc dixisset, stetit angelus Domini, et dixit ei : Ubi sunt nummi quos collegisti, et tibi est spes de qua tractasti? Tunc intelligens, dixit : Peccavi, Domine, et modo ulterius non faciam : et angelus Domini tetigit pedem ejus, et sanatus est statim, et surgens mane, abiit in agrum operari. Venit ergo medicus secundum constitutum diem, cum ferramentis, ut secaret pedem*

eris, et dicunt ei, Exiit mane operari in agro. Tunc admiratus medicus perrexit in agrum ubi operabatur ille, et videns eum fodentem terram, glorificavit Dominum qui reddiderat ei sanitatem. Hæc et his similia, fratres, sollicito considerantes, et semper in omnibus operibus nostris, novissima nostra memorantes, secundum quod nos beatus admonet Apostolus, *bonam facientes non deficiamus (II Thess. III)*. Tempore enim suo, quæ nunc in seminibus misericordiæ expendimus, metentes, bonorum operum manipulos centuplicato fructu plena mercede recipiemus; cum in pace vera in idipsum (id est in id quod nulla rerum vicissitudine variatur, sed ipsum in se permanens incommutabili perennitate consistit) hujus vitæ peracto cursu dormiemus in futura beatitudine æternæ vitæ, et requiescemus, ipsius benigni Dei ac Domini nostri gratia largiente; qui cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti vivit et regnat, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA II.

IN DIE PURIFICATIONIS SANCTÆ MARIE.

De Evangelio et de usu luminarium.

Retulit nobis, charissimi, series lectionis evangelicæ, quomodo Dominus Dei Filius qui in principio (hoc est, in Deo Patre) semper erat, et Deus erat, et apud Deum erat, et Deus erat; per quem omnia facta sunt (Joan. 1) : in plenitudine temporis ex muliere factus, etiam factus sub lege, ut redimeret eos qui erant sub lege, et ut ostenderet se non venisse legem solvere sed adimplere. Unde et hodierno die, qui est quatuoragesimus ab ejus nativitate, secundum veteris legis præceptum in templo Hierosolymitano cum mulieribus voluit præsentari, qui erat legislator, et Agnus templi Dominus; cujus rei gestæ modum, modo vidistis cum recitaretur Evangelium. Sed quoniam hæc relatio, historica quædam (nisi alius repetantur) videntur esse subobscura, quædam vero insunt mystica, et quædam institutione moralis intelligentiæ secunda : in his quæ ad historiam pertinent, vel ad moralitatem, aurem cum populo præbet communem. Deo autem gratias quia intelligendis secretioribus plurimi vestrum aures habent audiendi, quales Salvator a suis requirit auditoribus, quibus etiam dicit : *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis (Marc. IV, Luc. VII)*. Ergo jam nunc expeditur cum Dei auxilio quæ vobiscum vulgaris capere valeat multitudo : in quibus exsequendis, sit adiutorium nostrum in nomine Domini qui fecit cælum et terram. Vocabulum, fratres, solemnitatis hodiernæ, a vobis dicitur consuete, Purificatio sanctæ Mariæ : de qua purificatione, talia insonant lectio auribus charitatis vestræ : *Postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moysi, tulerunt eum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini (Luc. II)*. Legis tale erat præceptum : *Mulier si suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus; et in die octavo circumcidetur infantulus : ipsa triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ;*

*A omne sanctum non tanget, nec ingreditur sanctuarium : si autem feminam pepererit, immunda erit duobus hebdomadibus, et sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ : cunisque expleti fuerint dies purificationis ejus, pro filio sive pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum, et pullam columbæ sive turturam pro peccato : quod si non inveniatur manus ejus nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbæ, unum in holocaustum et alterum pro peccato; orabitque pro ea sacerdos, et sic mundabitur (Lev. XII)*. Hæc præcepta legalia si diligenter inspiciantur, non solum Dominus Jesus Christus, sed etiam beatissima genitrix illius, ab omni legis subjectione absolutissima reperitur. Cum enim non omnem mulierem quæ pepererit, sed quæ suscepto semine pepererit, lex immundam dicat, atque his oblationibus una cum prole mandari decernat, constat quia non illam sub hac necessitate constringit quæ sine susceptione viri seminis virgo concepit et virgo peperit. Nequaquam ergo immunda judicatur quæ, sancto Spiritu obumbrante, totius munditiæ et sanctitatis Auctorem genuisse probatur. Denique et ipse puer Jesus purus ab omni contagione peccati, cujus agni oblatione indigeret purificari, qui est *Agnus Dei, et qui tollit peccata mundi (Joan. I)*? Sed quod tam ille legis Dominus, quam et gloriosa mater ejus, cum legi nihil deberent, sponte tamen se decereis voluerunt subdere legalibus, nobis exemplum præbuerunt quanta humilitate, quanta obedientia Dominicis præceptis parere debeamus. Si autem quaeritur juxta litteram cur mulieris et pueri purgatio quadraginta diebus impleatur, in partu vero puellæ 80 dierum spatio tempus prolongetur, sciendum est quia in masculi parturitione tot diebus purgatio peragitur, quot diebus homo in matris utero formatur : humana vero conceptio sic perficitur, ut primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem; sequentibus novem, convertatur in sanguinem; deinde duodecim diebus solidetur; reliquos duodecim, usque ad perfecta lineamenta membrorum formetur; et hinc jam reliquo tempore usque ad tempus partus, magnitudine augeatur. Sex autem et 9 et 12 et 12 in unum coacti faciunt 39. Si ergo minorem numerum infra majorem concludas, videbis præceptum esse tantis pene diebus hominem mundari, quot formatur in utero. Pro femina autem hic numerus geminatur : quia (ut aiunt physici) fluxus sanguinis pro masculo est septem dierum, pro femina quatuordecim : ut quanto ex sexu infirmior, tanto sit ipsa nativitate inquinatior; unde quatuordecim diebus immunda fieri, et 66 ab ingressu templi præcipitur suspendi.

Porro 14 et 66 faciunt 80, in quo (sicut diximus) numerus superior duplicatur : a Patribus vero talis ratio redditur : Ideo mulier majori subjacet maledictioni, quia femina primum seipsam, deinde et virum decepta deceptit. Illa serpentis persuasioni consensit, et virum persuasioni suæ consentire coegit : vir autem soli consensit mulieri (Gen. III; I Tim. II). Inter hæc sciendum est quia omnis ista purificatio

accipienda est in mysterio : sed nos ad propositum revertamur. Impletis igitur secundum legem diebus purgationis ejus, scilicet vel ipse Dominus vel intermeratae genitricis illius, *tulerunt illum parentes ejus in Jerusalem*, ad templum Domini, *ut sisterent*, id est, statuerent, sive offerrent, vel consecrarent eum Domino, *sicut scriptum est in lege Domini, quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur (Exod. iv)*. Legimus in Exodi libro quia cum morarentur filii Israel in Aegypto, et gravissimo Pharaonis premerentur dominio, clamaverunt de tribulatione sua ad Dominum : qui misertus eorum propter dilectionem sibi patres eorum, misit servos suos Moysen et Aaron, et *posuit in eis verba signorum et prodigiorum suorum (Psal. civ)*, et percussit decem plagis Aegyptum. In decima vero plaga, *percussit omne primogenitum in terra Aegypti (Psal. cxxxiv, Exod. xii)*, a primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio ejus, usque ad primogenitum captivae, quae erat in carcere, et omne primogenitum jumentorum, et eduxit populum suum de Aegypto, in manu potenti et brachio excelso : et ex eo tempore praecipit ut sibi omnia primogenita filiorum Israel, sive ex hominibus sive ex jumentis, tam mundis quam immundis, consecrarentur, ea tamen ratione, ut munda quoque offerrentur et sacerdotum essent, pro hominum vero primogenitis (exceptis his qui de tribu Levi erant, et in ministerium Tabernaculi testimonii perpetuo tenebantur) pretium darent, immunda autem, aut mundis commutarentur, aut infra mensem quinque siclis argenti redimerentur, aut certe interficerentur (*Exod. xiii*). Et hoc est juxta litteram quod dicitur, *quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur*. Omne scilicet masculinum tam de hominibus quam de pecoribus, adaperiens vulvam, *sanctum Domino vocabitur*, id est, in Domini oblatione sanctificatur. His autem praecipis nos moraliter instruimur ut omnia primogenita nostra masculina (id est, principium bonorum operum, et fortia quoque virtutum, quae quasi cordis affectu concipimus), ipso affectu Domino offeramus : id est, non nostris meritis, sed divinae gratiae et laudi deponamus, dicentes cum Psalmista : *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam (Ps. xi, 5)*; immunda vero animalia, fluxa videlicet et dissoluta quoque ac male gesta, cum immundis deponamus declinando a malo et faciendo bonum, id est, si asini primogenitum ove mutemus, ut ubi prius fuit stultitia et immunditia, substituat castitas et innocentia; aut redimamus quinque siclis argenti, perfectam agentes poenitentiam pro singulis peccatis quae per quinque corporis sensus contraximus; aut si statim redimere non possumus, interficiamus, id est, si mox perfecta sequi non possumus, pessima tamen vitemus. Verbi gratia, superbus aut avarus, gulosus vel luxuriosus aliquis, si non posset perfectae humilitatis virtutem, sive largitatis, abstinentiae, aut continentiae, mox habere; saltem malum radicibus evellens, superbiam atque avaritiam, gulam et luxuriam stu-

deat damnare. Notandum sane quod dicitur, *omne masculinum adaperiens vulvam*, quia his verbis Evangelista morem consuetae nativitate expressit, et non sic intelligi voluit sicut latrant haeretici, quod Christus uterum matris (nascendo) virginitate privaverit, cum mulier non tunc virginitatem amittat quando parit, sed quando cum viro dormit. Denique Dominus Jesus, plenus et perfectus Deus, plenum et perfectum hominem ex matre sine patre suscipiens, plenitudinem et perfectionem omnium gratiarum ei contulit, sicut ad ipsam Gabriel archangelus loquitur dicens : *Ave Maria gratia plena*, nec integritatem et gratiam virginitatis illi abstulit. Cur autem puerum Jesum parentes ejus tulerant in Jerusalem, Evangelium subdit cum ait : *et ut darent hostiam*, secundum quod dictum est in lege Domini, *par turturum aut duos pullos columbarum (Luc. ii)*. Jam superius audistis quod lex ita praecipit ut qui possit pro filio, die quadragesimo, pro filia vero die 80 nativitate, offerret agnum anniculum holocaustum, et turturum sive pullum columbae pro peccato : si quis autem agnum invenire nequiret, duos turtures vel duos pullos columbae, unum in holocaustum, et alterum pro peccato offerret. Unde hac considerata oblatione quae pro Domino offerretur, etiam paupertas matris offerentis consideratur, quia nequaquam agnum reperire potuit, quae duos tantum turtures vel duos pullos columbae obtulit. O admirabilis per omnia divinae dispensatio dignationis! O cunctis imitanda fidelibus humilitas pii Salvatoris! O amplectendum fidelibus animis exemplum spontaneae paupertatis! Benignus Deus, et Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum, qui dat omnibus affluentem et non improperat, qui in altis habitat et humilia respicit in caelo et in terra, pauper et humilis pro nobis fieri dignatus est, ut nos sua paupertate et humilitate excelsos faceret ac divites : hic quidem et in fide spiritualium divitiarum (id est, sanctarum virtutum) libertate, in futuro autem haereditas regni quod repromisit diligentibus se! Sed et in eisdem oblationibus est adhuc aliud quod sollicite perscrutemur : Agnus namque innocentiam, columba simplicitatem, turtur significat castitatem; harum quoque avium utraque pro cantu habet gemitum, unde non incongrue lacrymas designant humilium. Si quis igitur nostram a timore Domini concipit, sive forte, sive infirmum et necdum perfectum virtutis opus, quasi filium vel filiam parturit; ut autem Domino consecrari valeat, agnum innocentiae et columbam simplicitatis, turturum quoque castitatis illi necesse est offerat, quia innocens et simplex atque casta justorum conversatio gratissimum est sacrificium Deo. Si vero tam pauper quis fuerit ut veram innocentiam, qua nec sibi nec proximis nocuerit, cum simplicitate puri cordis et castitate mentis et corporis offerre nequiverit, duos saltem turtures, vel duos pullos columbae, id est, duos compunctionis genera (timoris scilicet et amoris) offerat. Unum videlicet, hoc est timorem pro peccato, pro quo timet et gemit ne ad

Martiri supplicia pertrahatur. Postea vero alterum in A  
 holocaustum, id est, amorem pro coelestis patriae  
 desiderio, cum jam veniam praesumens non gemit  
 pro supplicio, sed quia tandiu a desiderato Dei regno  
 differtur. *Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen*  
*Simeon, et iste homo justus et timoratus expectans*  
*consolationem Israel (Luc. 11)*. Dignum pro certo erat  
 ut quia Dominus Jesus pro omni ordine, aetate et  
 sexu redimendo venerat, ab omni etiam ordine, aetate  
 et sexu testimonium acciperet: quapropter cum  
 prius ab angelis praedictus esset et prophetis, nunc  
 quae adventui ejus mirabili omnium devotio mi-  
 rabili ter famulatur. Contra naturam virgo Maria pa-  
 rit, Elizabeth sterilis filium generat, prophetatque  
 Joannes et exsultat adhuc in utero clausus; Zacharias  
 sacerdos pater ejus olim mutus, etiam cum loquela  
 prophetiae gratiam accipit; magi veneranter eum  
 adorant, Anna vidua confitetur, et inter eos iste se-  
 nex Simeon, evangelico testimonio *justus et timora-  
 tus* (est enim timor comes justitiae quae illam optime  
 movit servare) magnum praebet testimonium natiuitati  
 Domini, qui excreverat in tantum justitiae culmen,  
 ut non jam solummodo suam, sed etiam totius populi  
 Israelis quaereret salutem, et adventus Christi  
 exspectaret consolationem, memorans illud Isai: :  
*Dicite pusillanimes, confortamini et noli e timere, ecce*  
*Dominus noster (Isai. xxxv)*; itemque: *Consolamini?*  
*dicis Dominus noster (Isai. xl)*. *Et Spiritus sanctus*  
*erat in eo*. Digne, justus erat et timoratus, in talibus  
 namque sanctus requiescit Spiritus sicut dicitur: *Super*  
*quem requiescat Spiritus meus nisi super humi-*  
*lem et quietum et tremetem verba mea (Isai. lxvi)?*  
*Et responsum acceperat a Spiritu sancto non visurum*  
*se mortem, nisi prius videret Christum Dominum*.  
 Quandoquidem beatus senex iste, Spiritu Dei qui in  
 eo erat revelante, cognoverat jam tempus instare  
 quo Christus adveniret in carne, assidua poscebat  
 prece, ne ejus anima antea solveretur a corpore  
 (quamvis aetas senilis eam cogeret jam exire) quam  
 id quod summo desiderabat affectu posset videre.  
 Unde et intrinseca ejusdem Spiritus locutione tale  
 meruit in mente accipere responsum, non se prius  
 mortem visurum quam videret Christum. *Et venit in*  
*Spiritu in tempus*. Non absque corpore putandus  
 est venisse, sed quod dicit, *in Spiritu*, admonitum  
 et inspiratum a sancto Spiritu venisse in templum  
 indicat. *Et cum inducerent puerum Jesum parentes*  
*ejus ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo,*  
*offerentes sacrificium, ipse senex, veluti jam totus in*  
*pristinam juventutis florem renovatus, exiliens pra-*  
*gaudio, accepit eum in ulnas, id est, in brachia sua,*  
*et benedixit Dominum, et dixit: Nunc dimittis, Do-*  
*mine, servum tuum secundum verbum tuum in pace.*  
 Videntem me pacem quae coelestia pacificat et terrena,  
 dimittis a vinculis corporis in pace et requie spi-  
 ritus, ut jam caro non concupiscat adversus spiri-  
 tum (*Gal. v*), nec spiritus adversus carnem, nec ulla  
 hujus vitae corruptibilis corpus patiatur molestias.  
 Nec jam metuo mortem, quia viderunt oculi cordis et

corporis mei salutare tuum, eundem Jesum qui sal-  
 vum faciet me et populum suum a peccatis eorum, et  
 grave mortis conteret dominium. Quod salutare in  
 hoc primo adventu parasti fide ac dilectione viden-  
 dum, ante faciem omnium populorum, quicunque vo-  
 luerint credere in illum. In secundo autem adventu  
 parasti hunc ipsum Jesum ante faciem omnium popu-  
 lorum et credentium et incredulorum, ut videat  
 eum omnis oculus Judicem justum, et reddat unicui-  
 que secundum opera eorum. *Lumen ad revelationem*  
*gentium, eorum qui sedebant in tenebris et umbra*  
*mortis, tam ex gentibus quam ex Judaeis, ut per*  
*fidem illuminentur credentes in eum*. Sed quia ante  
 adventum ipsius quodammodo notus esse videbatur  
 in Judaea Dominus, et isthic esse lux quaedam cogni-  
 tionis ejus; profunda vero caecitas infidelitatis texerat  
 corda credentium, hoc lumen dicitur venisse ad  
 revelationem earum, ut, sublato ignorantiae et infide-  
 litatis velamine, apertisque oculis mentis, lucem vi-  
 deant magnam. Paratum quoque est hoc lumen ad  
 gloriam plebis Israel, quia credentibus ex Judaeis  
 spiritalis gloria est, quod illis tantum fuit praenun-  
 tiatus et ex eorum stirpe incarnatus, quod inter eos  
 docuit, quod eos suis miraculis glorificavit. Non au-  
 tem abs re est quod revelationem gentium, gloriae  
 Israelis praeposuit, sed quia prius gentes credituras  
 quam Judaeos praevidebat. Ut enim testatur Apostolus,  
 cum plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Israel  
 salvus fiet (*Rom. xi*). Haec vobis, fratres, sufficiant  
 breviter dicta de lectione evangelica; quia vero con-  
 suetudo est ecclesiastica ut hac die gestantes mani-  
 bus lumina, missarum solennia celebremus, brevi-  
 ter quoque dicendum quae sint hujus rei exordia.  
 Cum Romani totius mundi potirentur dominio, a  
 subjecto sibi orbe tripertito per tria quinquennia  
 solutionem census iudixerunt fieri, et hoc modo, ut  
 aurum uno, argentum altero, aes vero tertio persolve-  
 retur quinquennio. Unumquodque autem quinquen-  
 nium vocabatur lustrum, eo quod ipso expleto cen-  
 suque soluto, in unum conveniente populo Romano,  
 sacrificium celebraretur, et cum cereis ac lampadibus  
 urbs Roma lustraretur ob honorem infernalium  
 deorum, et praecipue Februari, id est, Plutonis, qui  
 dominus inferni dicebatur, a quo et mensis Februa-  
 rius vocabulum sortitur, cujus parte extrema, id est,  
 D in Kalendis hoc agebatur. Ideo vero tunc infernali-  
 bus diis sacrificabant, quia, eorum praesidio nationes  
 orbis se subjugasse putabant. Nunc igitur vanae su-  
 perstitionis errorem pulchre Christiana devotio ad  
 veram convertit fidei religionem, cum jam non post  
 quinquennium nec, ut olim, circa finem mensis Fe-  
 bruarii, una lustratur civitas Roma ob honorem Fe-  
 brui, qui falso lustrationum, id est, purgationum,  
 potens putabatur et deus infernorum, et ob dignita-  
 tem ejus quae jam cessavit terreni Romanorum imperii,  
 sed per singulos annos circa initium ejusdem  
 mensis, universa Dei civitas, sancta, videlicet, Ecclesia,  
 illustratur; fidei lumen, quod florum suorum  
 fulget in cordibus, designans cereorum lumine quod  
 eorundem gestatur manibus ob honorem Domini no-

stri Jesu Christi, qui est unus et verus Deus cœli et terræ et inferni, quique verus homo pro nobis factus, hodierna die templo præsentari, et cum esset sine sorde peccati, legalem purgationem cum hostiarum oblationibus pro se fieri, sanctique senis Simeonis manibus suscipi, atque ab eo et a beata Anna cæterisque justis, qui ejus exspectabant adventum se voluit cōfiteri. Nos ergo, charissimi, hodie solemniter recolentes hujus rei memoriam, et cum Domina nostra gloriosa genitricæ ejus Maria cum oblaturi, vel cum beato Simeone ipsum suscepturi cum cereis et hymnis puritate mentis atque lucidis operibus splendidi, in conspectu ejus astare debemus devoti, sedulo recordantes dignitatem nobis repromissi perennis et felicitis imperii, cœlestis, scilicet, regni, quod tunc omnes electi sunt accepturi, quando, juxta parabolam Evangelii, cum honorum operum lampadibus occurrentes Sponsæ immortalis (*Matth. xxv*), ipsi sponsa ejus effecti, amantissimum thalamum intrabant; ad quem nos introducere secum dignetur idem benignus Deus et Dominus noster Jesus Christus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA III.

IN QUADRAGESIMA.

*De jejuniis laudibus.*

Quanta sit erga nos, fratres dilectissimi, divinæ pietatis miseratio, et quam multiplicibus modis nostræ prospiciat saluti clemens ejus dignatio, nec ulla potest prospicere cordis humani cogitatio, nec aliquibus effari verbis oris nostri valet assertio. Vitiata enim demique in primis suis parentibus tota stirps generis humani, et sempiternæ solum obnoxia damnationi, nulla ex se poterat habere vires hanc evadendi, quæ, relicto, imo contempto, auctore vitæ, se sponte mancipaverat mortis auctori. Et ideo, justo Dei judicio, quia *justus Dominus Deus noster et non est iniquitas in eo* (*Psal. x*), æterna juste perpeti supplicia cogeremur omnes qui in Adam peccavimus, et in ipso ipsi quoque originaliter lapsi sumus, nisi Dominus noster quemadmodum incomparabiliter justus, sic ineffabiliter et pius. Cum itaque in fovea perditionis prostrati jaceremus, et suo merito pereundum esset omnibus, divina non tulit bonitas suum irremediabiliter perire opus, sed elegit ex ipsa perditionis massa quos<sup>b</sup> gratis salvaret, et sua solummodo justificaret gratia. Quod cum transactis retro sæculis multifariam contulisset patribus nostris, hujus tamen perfectionis summam hac novissima sæculi ætate dignatus est conferre nobis in unigenito Domino nostro Jesu Christo, quia, ut testatur beatus Petrus apostolus, *Non est in alio aliquo salus neque aliud nomen sub cœlo datum est hominibus in quo oporteat nos salvos fieri* (*Act. iv*). Hinc dicit et coapostolus ejus Paulus: *Omnes peccaverunt et egent gloria Domini, justifica i gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit*

<sup>a</sup> Hic deest quidpiam quale sit illud, fortassis, *adventu suo nos redemisset*, vel tale aliquid.

*A Dominus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum* (*Rom. iii*). Ergo, fratres charissimi, quia tanta gratiæ Dei munera gratis accepimus, dignum, imo valde necessarium est nobis ne ei ingrati simus, et ne collatam nobis gratiam in aliquo negligamus. Unde et nos admonet idem Apostolus dicens: *Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis* (*II Cor. vi*). Quibus monitis, ad omnem Dei mandatorum obedientiam provocamur, ut quia de massa peccati segregati et per fidem vocati sumus, remissionemque peccatorum in baptismo percepimus, digna fidei opera faciamus, ne fides per gratiam Dei nobis attributa, si fuerit sine operibus, non solum otiosa, sed etiam mortua judicetur, ac per hoc gratiam Dei in vacuum, id est, inutiliter, recepisse videamur. Dominus namque Jesus mittens apostolos in universum mundum prædicare Evangelium, præcepit eis dicens: *Ite, docete omnes gentes, fidem, scilicet, sanctæ Trinitatis, baptizantes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*; et addidit: *Docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis* (*Matth. xxviii*). In quibus verbis aperte ediscimus quia qui fidem recipimus, nostramque illi baptismo spondimus servitutem, omnibus mandatis ejus ut obedire studeamus necesse est, ut dum ea quæ jussit facimus, ad honorum operum præmia, quæ nobis fidelis et qui non mentitur Dominus repromisit, ipso auxiliante, pervenire mereamur. In sermone autem Apostoli, quem in medium deduximus, quo nos hortatur ne in vacuum gratiam Dei recipiamus, gratiam Dei non solum intelligere debemus, fidem quam primum in sacramento baptismi percepimus, sed omnia quæ nobis a Deo donantur bona, sive<sup>b</sup> sint spiritualia, sive sint ea quæ Paulus apostolus dicit esse *fructus Spiritus*, ut est *charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas*, et cætera (*Gal. v*); sive sint corporalia, in quibus est corporis sanitas, frugum ubertas, aeris serenitas, temporum pax et tranquillitas, et his similia ejus dona de quibus ab Apostolo cohortamur ne ea inaniter recipiamus. Ejus quoque talenta, quæ unicuique nostrum secundum propriam dedit virtutem (*Matth. xxv*), ne sine lucro honorum operum retineamus, sed, dum tempus est, negotiandi in exercendis lucris Dominicis, in his quæ accepisse perpendimur, occupemur, ne cum venerit rationem cum servis positurus et fideles negotiatores remuneraturus, si invenerit nos gratiæ suæ talenta, quod absit, recepisse in vacuum, jure damnatos projiciat in tenebras infernorum. Sed potius totis studeamus viribus, ut unusquisque nostrum pro apportato lucro audire mereatur: *Engge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui* (*Ibid.*); ubi nos secum gaudere concedat ipse benignus Dominus et Deus noster.

Nunc ergo, fratres, quia sacros dies jejuniorum ce-

<sup>b</sup> *Isai. lxi: Gratis venundati estis et absque argento redimemini.*

labramus, scire debetis quoniam sicut corpori vulnerato medicamenta, sic, et multo amplius, animæ peccatorum vulneribus sauciatae medicina necessaria sunt jejunia; maximeque quia primos parentes nostros, propter gulam, a paradisi gaudiis expulsos novimus (*Gen. iii*), procurandum nobis est, si ad ea reverti cupimus, ut per abstinentiam viam nobis illo redeundi præparemus. Quid autem sint, et quantum sacra prosint jejunia, audiat in brevi charitas vestra. Jejunia sunt gratiæ Dei primordia, reconciliationis sacrificia, salutis remedia, castitatis fundamenta. Hæc vitam imitantur angelicam, his excitantur mentes fidelium, his reficiuntur animæ, per hæc moriuntur culpæ, delentur delicta, his gradibus pervenitur ad cœlestia, his armis dimicamus contra diabolum et vincimus exemplo Domini nostri Jesu Christi qui per **J**ejunium nostrum præliatur contra diabolum; non quod ille aut jejunio aut isto egeret certamine, sed ut primum nos doceret debellare, et postea donaret vincere. Certamen igitur magistri ac Domini nostri agnoscamus, et sic certe discamus. Continuis quadraginta diebus ac noctibus jejunavit: *postea vero esurit* (*Matth. iv*); quod videns tentator ex pharetra malitiæ suæ direxit illi primum spiculum gulæ. Quare, inquit, esuris? *si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant*. Et quid ad ista Dominus fecit? Clypeum jejunii prætendit, et ignitum hostis jaculum in ipso exstinxit atque confregit, dicens: *Non in sola pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei*; ac si diceret: Temporalem corporis suavis sumentur cibum, ut æternum et vitalem animæ auferas victum; cum homo ex anima constet et corpore, prius anima debet refici Dei verbo, et postea corpus pane terreno. Hoc intentis auribus audiat qui vere vivere audeat, qui vere vivere desiderat; hunc panem avidissime perquirat, illo animam pascat dum caro jejunit. Perspicimus evidentissime quod laqueo gulæ etiam Dominum voluerit diabolus capere, quoniam eo noverat se primum Adam invasisse, et sic per esum pomi vetiti strangulasse; sed secundus Adam, abstinendo, illius laquei vincula dissolvit, et nos omnes absolvit, atque per abstinentiam, ipsius dolos nos posse vincere edocuit. Nec nova lex est abstinentiæ, hæc quippe data est homini posito in paradiso, cum ei præciperetur a Domino: *De ligno scientiæ boni et mali ne comedas; quacunque die comederis ex eo, morte morieris*. In hujus igitur mandati jussione et ejusdem transgressione possumus scire quantum sit bonum observatio jejunii, et contra, violatio ejus quantum sit malum. Quandiu interdicto abstinuit cibo Adam, nec legis fuit prævaricatio, nec infirmitatis, quæ antea non erat, cogitatio, nec culpa, nec illecebra, nec labor, nec timor, nec mors, nec terrena meditatio, quæ protinus successerant omnia, postquam manducavit de arbore interdicta. Nam mox a paradisi beatitudine ejectus, et in hanc quam patimur miseriam est projectus, vita spoliatus, mortalitate vestitus. Unde et aptum sibi accepit indumentum ex pellibus mortuorum animalium;

A dicit enim Scriptura quia *fecit Dominus Adæ et uxori ejus tunicas pelliceas, et induit eos* (*Gen. iii*). Ecce quomodo gula vestit, et quomodo nuda: auferit ornamenta virtutum, vestit ignominia vitiorum; sibi obedientiam a facie Dei abscondit, et, ut facti furti conscium, ad latebras mittit, paradisi felicitatem claudit, et omnium vitiorum januam pandit. Sequentis etiam avi patres, si consideres, per gulam cecidit et per abstinentiam stetit cognosces. Sanctus Noë vir sobrius, mundo pereunte, inter undas diluvii servatus, qui in Arca se suosque, nec non et omnes bestias, pecora, et ipsas volucres temperantes Domino præcipiente aluit (*Gen. vii*), postmodum vini poculo intemperanter sumpto dehonestatus est, et a filio suo Cham ludibrio est habitus (*Gen. ix*). Lot nepotem Abraham, quem nec Sodomitica scelera nec ipsa vicerunt incendia, vicit gula, et captivum usque ad incesti pertraxit contagia (*Gen. xix*). Considera Moysen xl diebus jejunantem, et ita cum Domino loquentem *ut loqui solit homo ad amicum suum* (*Exod. xxiv, xxxiv*). Attende Danielelem, qui trium hebdomadarum jejunium continuavit, et angelica colloquia promeruit (*Dan. x*); cujus etiam abstinentia leonibus indixit jejunia (*Dan. vi*). Elias propheta in fortitudine unius panis subcinerii, cum modico aquæ poculo ambulavit xl diebus et noctibus (*III Reg. xix*); quem in tantum abstinentia provexit, ut curru igneo in cœlum raperetur (*IV Reg. ii*). Videamus Joannem Baptistam, cujus erat esca locustæ et mel silvestre (*Marc. i*). Ipse quoque Domini Dei Filius Deus noster Jesus Christus, vide quomodo te suo jejunio docuerit jejunare, et sacraverit hoc tempus quadragesimale (*Matth. iv*). Sicut tentatorem superavit, sic te superare docuit. Quamvis igitur tam magnæ virtutis sit jejunium, non tamen putetis illud vobis posse sufficere solum, nisi duarum emendetur testimonio rerum, assiduitate, scilicet, orationum, et largitate eleemosynarum; his enim certe alis sublevatur ad cœlum. De oratione admonet Apostolus: *Estote, inquit, prudentes, et vigilate in orationibus* (*I P. tr. iv*). Et Dominus ad discipulos: *Vigilate et orate ut non intretis in tentationem* (*Luc. xi; Matth. xxvi; Marc. xiv*). De eleemosyna audi qualiter huic jungatur oratio, etiam ipsa dicente Scriptura: *Abcondite eleemosynam in sinu pauperis et ipsa orabit pro vobis ad Dominum* (*Eccli. xix*). Et non solum pro peccatis orat, sed etiam peccata delat, sic enim scriptum est: *Sicut aqua exstinguit ignem, ita eleemosyna exstinguit peccatum* (*Eccli. iii*). Habentes ergo a mundi exordio proposita nobis ista et talia innumera sanctarum virtutum exempla, his semper exercendis operam demus; maxime isto tempore, jejuniis et orationibus atque eleemosynis vacemus, quatenus, per hæc a peccatorum purificati sordibus, sanctum Pascha Domini cum sinceritate mentis et corporis digne celebrare mereamur, præstante ipso benigno Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA IV.

IN COENA DOMINI.

*De eo quod Christus lavit pedes Apostolorum, et de penitentium reconciliatione.*

Novit vestra dilectio, quia sacratissimus omnique desiderabilis Ecclesie coenae Dominicæ dies, annua serie temporis recolitur. Cujus mirifica sacramenta, ut nostra digne queat fragilitas celebrare, atque de eisdem, licet tenuiter, saltem utiliter aliquid explicare, charitate vestra, quam scimus nostris non deesse optatis, a Verbo de cujus operibus et verbis salutaribus, ad profectum, verbum loqui desideramus, nobis implorandum est posse. Ergo, ut hujus diei mysteria perspicere aliquatenus, et nonnulla pro modulo nostro valeamus effari condigne, rogemus supplices dicentes cum Psalmista : *Cor mundum crea in me, Deus (Psal. l.)*; itemque : *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam (Psal. lxx).* Recitata modo nobis est evangelica lectio, in qua commendatur fidei nostræ excellentis super omnia et sciens omnia, vera filii Dei divinitas et assumpta pro nobis ac de nobis vera carnis humanitas, et magnæ quam in seipso nobis imitandam proposuit humilitatis utilitas. Commendatur insuper omnibus illa, qua nos nimium dilexit, gratuite bonitatis charitas, qua ille qui morte finiri, et nostri dilectionem finire nescit, in finem, hoc est usque in mortem, dilexit nos. Ait itaque Joannes evangelista : *Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus, quia venit ejus hora ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Paschæ nomen, cum ex veteri institutione ideo sit dictum, quod in eo, post agni occisionem, populus israeliticus ab Ægyptia servitute liberatus, ad terram olim promissæ hereditatis et pacis transferit, quia Pascha transitus dicitur, hoc tam mystice signavit evangelista quam solerter exprimere studuit : *Sciens Jesus quia venit ejus hora ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, hoc, scilicet, his verbis innuens, quod illud Pascha figurativum in quo agnus ille legalis sine macula jubebatur immolari, ejusque sanguine postes et superliminaria domorum signari, ut filii Israel sic ab exterminatore liberari possent, verum præfiguraverit Pascha quo noster Agnus, imo Agnus Dei, Christus, sine macula peccati conceptus, natus et conversatus, pro salute nostra est immolatus, et sic suum ac nostrum Pascha sacravit, quando ex hoc mundo ad Patrem transit. Ejus sanguine si postes nostri, anima, scilicet, et corpus, atque superliminare frontis, seu intentio nostræ mentis, sincere fuerint illi, a diabolo exterminatore pessimo veraciter erimus tuti; ipsumque caput nostrum, in charitate imitando, Pascha quod ille celebravit, nos usque ad mortem diligendo, et nos membra ipsius fiducialiter celebrabimus, si, fugientes Ægyptum, id est, hoc tenebrosum et instabile sæculum, hinc ad virtutes saluberrimum transitum faciamus, ut, eruti de potestate tenebrarum, digni efficiamur ad promissum nobis ejus pacatissimum regnum transire. Sequitur*

A evangelista : *Et carna facta, cum diabolus jam misisset in cor ut traderet eum Judas Simonis Scariotæ, sciens quia omnia dedit Pater in manus, et quia a Deo exivit et ad eum vadit.* Paulisper considerare libet istius transitus quanta sit excellentia; cum dixisset, *Ut transeat ex hoc mundo*, addidit quo, scilicet, *ad Patrem*, cui, videlicet, coæternus existit Filius, unius cum eo divinitatis, æqualis gloriæ et majestatis. Cum tamen iste transitus assumptæ sit humanitatis, item subinfert : *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exivit et ad eum vadit (Joan. xii).* Omnia, inquit, et bona et mala; bona in effectum, mala in usum. Unde Apostolus : *Nihil, inquit, dimisit non subjectum ei (Hebr. ii).* Hinc et Psalmista longe ante præcinit dicens : *Omnia subjectisti sub pedibus ejus (Psal viii).* Interque omnia, ipsum illi tradidit traditorem, et eos quibus tradendus erat, et mortem quam passurus erat. Sciens igitur se omnia in potestate habere, sciens quia a Deo exiit per humilitatem Incarnationis, et ad eum vadit per victoriam resurrectionis, *surgit a cæna, et ponit vestimenta sua, et cum accepisset linteam præcinctum et deinde misit aquam in pelvim et cepit lavare pedes discipulorum et extergere linteo quo erat præcinctus.* Hæc, licet a Domino gesta sunt actu corporeo, spiritali tamen scrutanda sunt intellectu. A cæna itaque surrexit, quia a secreta et ineffabili quiete Patris ad nos venit; vestimenta posuit, id est, semetipsum exinanivit, non ita ut deponeret quod habebat, sed ut acciperet quod non habebat; linteo se præcinxit, dum ad perferendos mortalitatis nostræ labores formam servi induit; aquam in pelvim misit, et pedes discipulorum lavit, quia aqua quam cum sanguine, de latere suo, in cruce pendens, in terram fudit (Joan. xix), in se credentium immunditiam diluit. Eodem quoque linteo pedes eorum extersit, quia corporis sui pro ipsis in mortem traditi et resuscitati indumento, non solum terrena in eis contagia purgavit, sed etiam in se fidelem solidavit. Et quidem ad exemplum humilitatis hoc Dominus hodierna die corporaliter egit, sed quotidie illud in nobis agere sua gratia spiritualiter non desistit. Pedes etenim nobis lavat, cum, secundum humanitatem, pro peccatis nostris Patrem interpellat, et secundum divinitatem cum Patre eadem nobis donat. Nos quoque ipsius exemplo et mandato commoniti, et corporaliter hoc agere, et multo magis spiritaliter debemus invicem pedes lavare, hoc est, alterutrum peccata dimittere, et pro eisdem a Deo dimittendis invicem exorare, sicut et Apostolus admonet : *Donant s, inquit, vobismetipsis, si aliquis adversus aliquem habet culpam, sicut et Dominus donavit nobis, et nos invicem (Coloss. iii).* Ad quod exemplum exsequendum, et si ex cordis nostri duritia aliquo modo retardamur, oratione Dominica tamen necessario commelimum, dum quotidie Deo crebrius dicimus : *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Matth. vi).* Et ut hoc non fiete, quod absit, sed ex corde fiat necesse est, ipso Domino sic comminante : *Si vos non dimiseritis homi-*



nibus peccata eorum, nec Pater vester ecclesis dimittet vobis peccata vestra. Itemque: Sic et Pater meus ecclesis faciet vobis si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Ut igitur audivit vestra dilectio, hæc omnis pedum lotio nostrorum peccatorum est purgatio; unde non incongrue hæc ipsa die, sicut Ecclesiam tenet consuetudo, poenitentium fit reconciliatio. Ut enim ante nos dictum est a Patribus, cum tanta est plaga peccati atque impetus meriti, ut medicamenta corporis et sanguinis Domini differenda sint, auctoritate antistitis debet se quisque ab altario remove ad agendam poenitentiam, et eadem auctoritate reconciliari. Lectum quippe modo est: Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit non dijudicans corpus Domini (I Cor. xi). Hoc est cum indigne illud accipere, qui accipiat eo tempore quo debet poenitentiam agere. Unde mihi ad vos, o fratres, nunc habendus est sermo, quæ mater sancta præsens Ecclesia nostro officio hodie reconciliat Deo. Ad vos igitur nostra, imo doctoris gentium Pauli, per nos ista fit exhortatio, ut agnoscat unusquisque vestrum ex semetipso si reconcilietur vel non reconcilietur Deo, quamvis reconciliari ejus Ecclesiam nostro videatur ministerio, et sciat per quem fiat, vel quid sit ipsa reconciliatio. Loquitur beatus Apostolus in Epistola ad Corinthios specialiter, omni autem Ecclesiam generaliter: Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt nova omnia. Omnia autem ex Deo qui reconciliavit nos sibi per Christum, et dedit nobis mysterium reconciliationis (I Cor. v). Diligentior, quæso, attendite quæ sit ista nova creatura, et ipsi studete nova esse creatura, quia non vetera, quando manent vetera, sed nova reconciliati. Deus Pater per Dominum nostrum Jesum Christum, et per eos quibus dedit reconciliationis ministerium. Vetera autem sunt peccata, ad veterem hominem pertinencia, quæ sunt infidelitas, injustitia, inobedientia, concupiscentia mala, avaritia, rapina, adulterium, homicidium, furtum, falsum testimonium, et quæ idem Apostolus ad Galatas enumerat, dicens: Manifesta sunt opera carnis, idem opera peccati, quæ sunt, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitia, contentiones, amulationes, ira, rixæ, dissensiones, sectæ, invidia, homicidia, ebriitates, comæssationes, et his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur (Galat. v). Qui ergo ex vobis talibus et his similibus involuti sceleribus fuerint, et per confessionem ac poenitentiam nequaquam condignam satisfactionem egerint, sed adhuc in hac vetustate perdurant, non se a nobis reconciliari posse existiment, nisi prius veterem hominem cum actibus suis nunc enumeratis expolient, et novum induant, et ipsi in eodem novo homine, id est, in Christo, nova creatura, id est, novi homines, per poenitentiam fiant, sicut dudum per baptismum facti fuerant, ut hoc Apostoli dictum illis merito conveniat: Vetera transierunt, ecce facta sunt nova

omnia (II Cor. v). Si igitur condignam Deo poenitentiam obtulistis de præteritis, et sic hæc eadem ulterius admittere non vultis, sed cum Dei gratia et adjutorio, in omni bonitate, et justitia, et veritate, perseverare desideratis, tunc scire potestis quia, noxia vetustate exuli, nova creatura facti estis, et vero Deo reconciliamini per Christum, et per nos quibus dedit ministerium reconciliationis; et ita gaudentes, Apostolum ad vos et de vobis dicentem audietis: Hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis; justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri (I Cor. vi). Si autem, ut diximus, aliter est, nemo vestrum se fallat, neque se seducat, nemo circumveniat; non enim potest Deus, sicut homo, ullis decipi fraudulentis, clamante omnibus Apostolo: Nolite errare, Deus non irridetur (Galat. vi). Qui enim peccando factus est ei inimicus, nisi satisfaciendo, non potest reconciliari ut fiat amicus. Reconciliatio namque eorum est, qui antea inimici fuerunt; et conciliantur amici, reconciliantur inimici. In reconciliatione autem vestra, nolite nos episcopos attendere ut auctores, sed ut ministros; nam quis ait auctor, manifestat nobis idem egregius gentium doctor; cum enim dixisset: Ecce facta sunt nova omnia, addidit: omnia autem, id est, invocationis genera, ex Deo qui reconciliavit nos sibi per Christum (I Cor. v). Ecce per quem fit reconciliatio, scilicet, per Christum, qui eandem nobis procuram per suam passionem reddiit ad præmium. Sed ne imperfectum remaneret quod procuraverat, et quoniam ipse quidem corporalem poenitentiam ab eis abscondebatur quibus secundum divinitatem dignatus erat polliceri: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi (Math. xxviii), dedit apostolis suis nobisque eorum successoribus potestatem ligandi atque solvendi in celo et in terra; quam potestatem solvendi vocat Apostolus ministerium reconciliationis (II Cor. v). Ideoque quia vices Christi agimus, quos ille invisibiliter absolvendo dignos sua reconciliatione judicat, nos, visibiliter reconciliando, per officium nostri ministerii absolvimus; eos vero qui sanibus peccatorum suorum, ante Dei conspectum, adhuc tenentur adstricti, nos quomodo absolvere possumus? Nam quamvis Deus, sicut dicit sanctus Leo papa, sic sine bonitatis præsidia ordinaverit, ut indulgentia ipsius nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri, quia Mediator Dei et hominum Dominus Jesus Christus, hæc Ecclesiam præsulibus potestatem tradiderit, ut et contentibus satisfactionem et poenitentiam darent, et eodem, salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per medicinam reconciliationis admitterent; huic tamen operi incessabiliter ipse Salvator intervenit, nec unquam ab his abest quæ ministris suis exsequenda commisit. Quæ a nobis dicta sunt ad cautelam vestræ studium, non ut nobis injiciamus laqueum. Si enim inter vos aliqui sunt, quod abest, quise huc usque poenitentiam agere simulaverint potius quam vere egerint,

neque istis de Dei misericordia desperandum esse dicimus, si hodie etiam ad ipsum saltem ex toto corde convertantur, apud quem nullas patitur moras vera conversio, dicente Spiritu Dei per Prophetam: *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris (Joel. II)*; et alibi: *Dic tu iniquitates tuas prior ut justificeris (Isai. XLIII)*; itemque: *Quia apud Dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio (Psalm. CXXIX)*. Denique multiplex misericordia ejus, ad expiationem criminum, multiplices fructus nobis poenitentiae contulit; non enim tantum supplicii illo poenitentiae nomine salus aeterna repromittitur, de quo apostolus Petrus: *Poenite mini igitur et convertimini ut deleantur peccata vestra (Act. V)*; et Joannes Baptista: *Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum (Matth. III, Luc. III)*; sed etiam sit absolutio peccatorum per charitatis affectum, per eleemosynarum fructum, per profusionem lacrymarum, per confessionem criminum, per cordis et corporis afflictionem, praecipueque per morum emendationem, interdum etiam per sanctorum intercessionem, per indulgentiam quoque ac remissionem nostram, qua peccantibus in nos dimittimus; quibus omnibus modis aboleri posse peccata, divina testis est Scriptura. Cum ergo indulgentiae aditus nobis salutare Dei nostri potentia ineffabilis patefecerit, quis miser, misericordiam et salutem desiderans, desperationis aliqua frangatur, cum ad veniam, etiam multiplicibus remediis, invitatur? Oportet igitur, dum tempus est, nos per hanc et his similia ad poenitentiam accedere eum omni fiducia, et ex fide credere indubitante, poenitentia istisque modis relaxari posse peccata, quia *Deus non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (Ezech. XVIII)*, sicut ipse dicit in Evangelio: *Venit Filius hominis quaerere et salvum facere quod perierat (Luc. XIX)*. Si enim ille qui est scrutator cordium et renuam prospexerit nostrum spiritum contribulatum, gratum sibi acceptabit sacrificium, quia non spernit *cor contritum et humiliatum (Psalm. L)*. Ipse enim ut doceret his mediis a morte ad vitam nobis fore redeundum, ante suam passionem Lazarum suscitaturus quatruiduanum, flevit mortuum, *infremuit spiritu*, et volens *turbavit seipsum (Joan. XI)*, ut nobis significaret quomodo flere, fremere et turbari debeamus, cum peccatis mortui eorum nimia mole premimur, reviviscere desideramus. Benignus igitur Deus qui jussit a Lazaro removeri lapidem, et sic demum Patri gratias agens cum magna voce clamavit, et vivificavit, qui est resurrectio et vita: a nobis gravem peccatorum molem removeat, nosque omnes ad gloriam suam, occulta intus gratia vivificare et resuscitare dignetur, qui cum coaeterno Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA V.

IN COENA DOMINI.

*De sacrificio Abraham et Isaac.*

Inter quotidiana Scripturarum stipendia quibus vestrae mentes reficiuntur, fratres, meditando in lege mandatorum Dei die ac nocte, unum ex majoribus ser-

A oculis charitati vestrae portigam cyathum, ut in hac tanta celebritate festivum habere possitis consortium. Cyathum autem spondeo, quia phialam propinare nequeo; per phialam quippe doctrina exuberans, per cyathum vero parva scientia demonstratur. Si ergo mediocritate census mei intrare in sanctuarium Dei nequeo, propterea minus tacebo; servus namque qui unum talentum acceperat, ideo damnatur, quia illud ad erogandum non dederat (*Matth. XXV*). Sane hujus Dominicæ cenæ veneranda solemnitas, propter ea quæ Christus corporali poenitentia exhibuit, multis ante legem, multis sub lege refulsit mysteriorum oraculis. Quid est, fratres mei, quod jam senex Abraham, qui pater excelsus, Isaac filium, qui risus interpretatur, genuit (*Gen. XXI*), nisi quia, senescente jam mundo, Pater de caelis Filium suum in terris, pro redemptione humani generis nasci voluit. Abraham Isaac filium suum ad immolandum pro eo obtulit (*Gen. XXII*), quapropter unigenitum Filium suum pro nobis omnibus tradidit; et sicut Isaac ipse sibi ligna portaverat quibus erat imponendus, ita et Christus gestavit in humeris lignum crucis suæ, in quo erat crucifigendus. Sed illud quod figuratum est in Isaac transgestum est ad arietem; cur? quia Christus ipse Ovis, ipse Filius, ipse Agnus: Filius quia natus, Arius quia immolatus. Sed quid est quod in vepribus hærebat aries ille? Crux cornua habet; si enim duo ligna compinguntur secum invicem, et species crucis redditur; unde et scriptum est de eo: *Cornua in manibus ejus (Habac. III)*. Cornibus ergo hærens aries, crucifixum Christum significabat, vepres autem spinæ sunt, et spinæ iniquos significant et peccatores qui suspenderit Dominum in cruce. Quod autem aries occisus est, et Isaac occisus non est, ideo factum est, quia Isaac figura et non veritas erat, et in eo designatum est quod postea in Christo completum est. Beatus enim presbyter Hieronymus scribit quod ibi oblatum est Isaac, ubi postea crucifixus est Christus, cujus passio nostra est salus et liberatio: quam digne celebrantes, mysteriorum hujus Dominicæ cenæ ipse de quo loquimur nos capaces et consortes efficiat Jesus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA VI.

IN COENA DOMINI.

*De non procrastinando in agenda poenitentia.*

Quia, fratres mei, de his estis, sicut ait Apostolus, quibus *lac opus sit, non solidus cibus (Hebr. V)*. Ideo rustico sermone vos alloquimur, ut si mysteria secretorum capere non potestis, saltem vel minima cibi celestis in ventris memoria reponatis. Et quia hoc Dominicæ cenæ sacra festivitas multa in se habet mysteria; ideo specialiter in ea poenitentibus, confugium unicum videtur esse ad Dominum. Et non solum publice poenitentibus, sed etiam omnibus Christianis, quia licet nos in aperto a se Ecclesia non abjecerit sicut illos, tamen omnis vita Christiani semper in poenitentia et compunctione debet consistere. *Nemo enim immunis a sorde, nec infans si sit unius*

*diel vita ejus super terram (Joan. xxv); omnes enim peccaverunt et egent gloria Dei, ut ait Apostolus, justificanti gratis per gratiam ipsius (Rom. iii). Tribus namque modis capitalia crimina damnantur, et minuta jugiter redimantur. Attentius cogitemus quod si quandiu vivimus cum bonis operibus agimus, plenam nobis securitatem de Dei misericordia pollicemur. Cum enim omnes homines poenitentiam velint in fine vite sue accipere, vix paucos videmus eam secundum quod desiderant adipisci. Quanti enim qui se ad extremum vite sue poenitentiam accepturos esse credebant, aut subita ruina oppressi sunt, aut forte naufragio demersi, aut sanguinis ictu, vel illa infirmitate quae apoplexia dicitur et nervorum contractio, ita percussi sunt, ut non solum poenitentiam petere, sed etiam signare se aut orationem Dominicam dicere omnino non possent? Cum vero tantis casibus fragilitas humana subiaceat, nimis periculosa est desperatio, ut non in longa tempora nos ad agenda poenitentiam reservemus, qui unius diei vitam in potentate habere non possumus. Et ideo cum timore et tremore audiamus Dominum dicentem per prophetam, et pia nostra adhortatione monentem: *Noli tardare converti ad Dominum (Eccl. v)*. Et hoc obtinere, Deo auxiliante, possumus; jugiter supplicemus, ut nobis pius Dominus inspirare dignetur; omnia mala velociter fugere, et ea quae bona sunt infatigabiliter exercere, res alienas non concupiscere, capitalia crimina non admittere, minuta peccata sine quibus esse non possumus per indulgentiam inimicorum et elemosynam pauperum indesinenter redimere, et secundum vires nostras, jejunis, vigiliis et orationibus cum perfecta charitate frequenter insistere, infirmos visitare, in carcere positos requirere, peregrinos excipere, et eis humiliter pedes abluere; nec solum nos ipsos pacem cum omnibus custodire, sed etiam illos qui discordes sunt ad concordiam revocare. Si nos tantis operibus fideliter occupatos dies transitus nostri invenerit, sicut jam dixi, etiam si in hora mortis nostrae poenitentiam accipiamus, securi de hac luce migrabimus; et non solum poenas evadere, sed etiam ad aeternam vitam poterimus, donante Domino, feliciter pervenire.*

## HOMILIA VII.

*Ad publice poenitentes, ut serio poeniteant: ad ceteros vero, de illorum reconciliatione gratias Deo agant.*

Deus omnipotens justus et misericors, qui inestimabili pietate hominem perditum, opprobria et contumelias, et, ad ultimum, mortem sustinendo, reformavit vitaeque restituit, et ad eoli palatia transvexit, ille scrutator cordium et renum, intrinsecus corda nostra inspicit, et divinitatis suae potentia considerat, si per lamenta poenitentiae illi satisfecisti; nos autem, qui parvi homines sumus, tantummodo facies intuemur. Unde saluti vestrae consulentes, hortamur ut si quis vestrum flecta poenitentiam accepit, aut poenitere dissimulavit, ad reconciliationis sacramentum nullatenus accedere praesumat, sed magis sordes scelerum diluat fontibus lacrymarum ceterarumque operibus virtutum. Si vero, quantum humanae fragi-

litati scire permittitur, digne poenitistis, et deinceps ne talia facere velitis, tota mentis contritione promittitis, dexteram vestram in sublime extendite, ut ab hac caelestem conversationem et vitam Deo dignam, gerere ostentatis. Omnes vero in commune Deum laudare, benedicere et glorificare, debemus, qui eos quos invidia diaboli diversorum fovavit contagione vitiorum, et quasi suos hactenus habuit, nunc jam per poenitentiam mundatos, et intra sinum Ecclesiae revocatos videmus illius revera dono ac spiratione qui *vult omnes salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire (I Tim. ii)*. Unde oportet, fratres, ut magis magisque semper Domini timorem praeculis habeatis, qui vos velut pius Pastor ad pascua vitae caelestis invitat et remunerare desiderat; per omnia illi gratias agentes, et obsecrantes ut de praeteritis male actis veniam vobis tribuat, et de futuris cautelam concedat Jesus Christus Dominus noster, cujus honor et gloria manet per omnia saecula. Amen.

## HOMILIA VIII.

IN DIE COENAE DOMINI.

*Ad clerum, plebem et publice poenitentes.*

Quia metuenda pariter et desideranda Domini coenae sacramenta celebramus, fratres charissimi, haec nos digne exsequi posse minime credimus, nisi vestris orationibus fulciamur. Et metuenda sunt quidem, quia sacramentorum tam magna mysteria ab indignis tractantur; desideranda vero, quia in his tantissimum nostrae salutis speramus habere suffragium. Spem vitae peccator accipit, captivitas separata recedit, et de conversis peccatoribus gaudium esse in caelo coram angelis Dei, Veritatis vocem cantantes novimus (*Luc. xv*). Licet enim in nobis non ita exuberans inventiatur doctrina, ut merito aequiparari valeamus homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetusta (*Matth. xiii*), nova, scilicet, de suavitate regni, vetusta de terrore supplicii, tamen quantumcumque supernae dulcedinis haustum, Domino inspirante, gustantes libavimus, ipsum charitatis vestrae mentibus, et tanquam fidissimis nummularis infudimus, quia Dominicae dispensationis pecuniam vestrae aedificationi creditam, dictis et operibus exercere valetis (*Matth. xxv*). Sed quoniam legislator Moyses cum quo loquebatur Deus *velut homo ad amicum suum (Exod. xxxiii)*, consilio indigni Jetro cognati sui; et Paulo apostolo qui *usque ad tertium caelum raptus fuisse dignoscitur (II Cor. xii)*, ob humilitatis custodiam, *datus est stimulus carnis ne magnitudinis revelationum extolleretur*; non abs re vestrae charitati suggerimus, et semper ante oculos habere monemus, quanquam industrie vestrae non ignotum esse credamus, quod quidem Sapiens salutaribus breviter edocuit verbis: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis (Eccl. vii)*. Duae namque sunt mortes in unoquoque nostrum: una, videlicet, animae per peccatum, et altera corporis, propter peccatum ad poenam peccati. Mora vero animae est, quando Deus illam

deserit ob multitudinem peccatorum, et mors est A corpori, quando ab anima deseritur. Et duæ sunt resurrectiones : una animæ in Ecclesia per Verbum Filium Dei, quando per gratiam ejus resurgit a morte iniquitatis ; et hæc est resurrectio prima (Apoc. xx), quam qui habet in secunda, quæ est corporis, feliciter resurget in vitam æternam per Verbum Dei carnem factum Filium Hominis, qui accepit potestatem judicium facere (Joan. v). Quod judicium, in fine sæculi erit ; et ibi non erit resurrectio animarum, sed corporum. Pelamus igitur corde contrito et humiliato cum lacrymis, bonis operibus suffragantibus, nos suscitari a morte animæ in presentia vita, ut vivamus in Christo ; et ut resurgentes corpore in fine sæculi, æternaliter vivamus cum Christo. Habeamus sedulo ante mentis oculos, horam exitus nostri de corpore, præveniamus Dei faciem in confusione peccatorum nostrorum (Psalm. xciv), et lacrymis, et bonis operibus indulgentes his qui in nos peccaverunt, ut indulgentiam peccatorum nostrorum obtinere possimus apud Dei misericordiam ; et non negligamus bona quæ nunc agere possumus, quia exuti corporibus, postea, bona vel mala gerere non poterimus, sed pro his quæ in isto sæculo egerimus condignam remunerationem in illo accipiemus ab eo qui reddit unicuique secundum opera sua. Vos etiam sacerdotes qui per singulas parochias vestræ ordinationis, gregi Dominico præestis, admono ut necum forma et exemplum bene vivendi sitis omnibus vobis subjectis, dicente Domino : *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester*. Porro si quemlibet vestrum recordet alicujus perpetrati facinoris conscientia, qua fronte potest redarguere quemlibet in simile crimine prolapsum ? Quocirca præ oculis habere debemus increpationem illam quæ divina voce per Psalmistam sacerdotibus perverse videntibus dicitur : *Quare tu enarras justitias meas et assumis Testamentum meum per os tuum (Psalm. xlix)* ? Unde, fratres, omni custodia muniamus cor nostrum, petentes Domini misericordiam, ut cum omni simplicitate et modestia atque puritate mentis et corporis nosmetipsos regamus, plebemque nobis commissam pabulo divinæ exhortationis pascamus ; et quidquid excesserit, digna emendatione et monitione corripiamus, ne illud incurramus propheticum : *Si, inquit, annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, animam tuam liberasti ; si autem non annuntiaveris, ille quidem in iniquitate sua morietur ; sanguinem vero ejus de manu tua requiram (Ezech. xxxiii)* ; sed potius audire mereamur : *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisi fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui (Marc. xxv)*. Hoc potest etiam tradi quo Ilii sacerdos, qui non corripuit filios, morte multatus est ; ipsi quoque filii ejus mortui sunt, et arca Dei capta est, et hoc sacerdotio posteritas ejus privata est (I Reg. iv). Phinees e contra (Num. xxv), quia zelo Dei accensus, fornicarios peremit, sacerdotio, Domini voce, functus est in æternum (Psalm. cv). Pius et misericors Dominus sciens infirmitatem generis humani, sine qualibuscunque peccatis præsentem

vitam non posse transigere, talia medicamenta dignatus est providere, quæ non solum divites, sed etiam pauperes, absque ulla excusatione possent peccatorum suorum adhibere vulneribus. Quæ autem sunt ista medicamenta ? Illa utique duo de quibus Deus dixit : *Dale, et dabitur vobis ; dimitte, et dimittetur vobis (Luc. vi ; Marc. xi)*. *Dale et dabitur vobis* pertinet ad eleemosynam quæ datur esurientibus, nudis atque captivis ; *dimitte et dimittetur vobis* pertinet ad eleemosynam per quam indulgetur omnibus inimicis, dicente Domino : *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, Pater vester celestis dimittet vobis peccata vestra (Math. vi)*. Satis delicato nobiscum agitur, quando in potestate nostra datur qualiter judicemur in die judicii. Si enim *dimiseritis*, inquit, *dimittetur vobis* ; si non *dimiseritis*, non dimittetur vobis. Sed dicit aliquis : Non possum indulgere inimicis meis ; cui nos respondemus : Si non habes peccatum quod tibi indulget Deus, non debes indulgere proximo tuo ; si vero incomparabiliter plus peccasti tu Domino, quam in te peccaverit homo, quare jubente Domino non dimittis parum, ut tibi Dominus dignetur dimittere multum ? Cum grandi timore consideranda illa terribilis et metuenda Dei nostri sententia quam servus ille crudelis audire meruit : *Serve male, omne debitum dimisi quoniam rogastime, nonne ergo oportuit et te misereri conservi tui, sicut et ego tui misertus sum (Math. xviii)* ? Et quid post hæc ? Tradidit eum tortoribus donec redderet universum debitum ; et ut hæc etiam tardioribus insinuaret, adjecit : *Sic et Pater meus celestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris*. Nam qui hæc implere noluerit, ipse sibi januam divinæ misericordiæ claudit ; quia quilibet reliqua opera quæ quisque fecerit, omnia evanescunt, si in eo charitas vestra non fuerit, quæ non solum amicos, sed etiam usque ad ipsos perveniat inimicos. Non enim mentitur apostolus Paulus in quo Christus loquebatur : *Si distribuero, ait, in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest (I Cor. xiii)* ; et quia *radix omnium malorum est cupiditas*, et radix omnium bonorum est charitas. Debet ergo unusquisque se eradicare quod malum est, et inserere in se quod bonum est. Itaque qui per odium et iracundiam radicem in se charitatis extinxerit, nihil in eo, unde ad æternam vitam perveniat remanebit. Ille vero qui supradicta mala in corde servat, et credit se multa eleemosynis peccata sua posse redimere, audiamus de eo Dominum in Evangelio dicentem : *Si offerre manus tuam ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi manus tuam ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum (Math. v)*. Sententia ista evidenter ostendit quod sacrificium offerre vel eleemosynas facere nihil proderit, nisi prius reconciliatio præcesserit inimici. Nam quod etiam orationem nostram Dominus non velit audire, si odium voluerimus in corde servare, ipse in Evangelio dixit : *Qui habet mandata mea et servat ea, ille est qui diligit*

u (Joan. xiv). Et iterum : quid prodest quod di. itis  
 ubi, Domine, Domine, et non facitis quæ dico? Quæ  
 nam ista quæ Dominus specialiter se dixisse asseruit?  
 Inique illa quæ ad pacem et concordiam pertinent :  
 diligite, inquit, inimicos vestros, benefacite his qui  
 derunt vos (Matth. v); et illud : Pacem meam do  
 vobis, pace u relinquo vobis (Joan. xiv); et illud : In  
 re cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dile  
 ctionem habueritis ad invicem : non enim tam res no  
 ras quam nos ipsos desiderat Deus : et quia nos  
 it multum amare terrenam substantiam, ideo  
 ut sibi offerri quod amamus, ut, secundum illius  
 acceptum, ubi præcesserit thesaurus noster, illuc  
 quatur et cor nostrum (Matth. vi). Quis non con  
 munit illam beati Joannis sententiam, Qui, inquit,  
 irem suam odit, homicida est (I Joan. iii). Et ite  
 m : Qui dicit se in lumine esse, et fratrem suum odit :  
 tenebris est usque adhuc, et nescit quo eat, quoniam  
 ebra obcæcaverunt oculos ejus (I Joan. ii). Ut au  
 tem hæc quæ supra diximus, plenius et evidentius  
 mitis agnoscere, scitote veraciter quia nullus homo  
 leat Dei misericordiam promereri, qui charitatis  
 cepta contemnit, aut inimicis ex toto corde non  
 tandulgere. Ad hoc enim pertinet quod paralyticus  
 qui in Evangelio curatus a Domino describitur,  
 ginta et octo annis jacuisse in infirmitate refer  
 r. Duo enim minus habuit a quadraginta; quadrage  
 rio siquidem numero cursus vitæ nostræ et conver  
 sio nostra mystice designatur; et ideo ante Pascha,  
 ia præsentem vitam significat, xl. dierum jejunium  
 servamus, ut Pascha, quod æternæ vitæ imaginem  
 abet, cum gaudio celebrare possimus. Moyses quadra  
 ginta diebus jejunavit (Exod. xxxiv), Elias vero (III,  
 Reg. xix) eundem numerum jejunando complevit,  
 si Dominus ac Salvator noster nihilominus quadra  
 genarium jejunium consecravit, et in eremo populus  
 israeliticus quadraginta annis est demoratus post  
 quam meruit de Ægyptia servitute liberari. Languis  
 ille de quo in Evangelio legimus, qui triginta et  
 octo annis in infirmitate jacuit, typum generis hu  
 mani habere videtur, habens duo minus a quadra  
 genario numero. Quæ sunt ista duo, nisi duo præ  
 cepta charitatis, dilectio, videlicet, Dei, et dilectio  
 ubi possint. Sane qui hæc duo in quibus tota lex  
 pendet et Propheta, non habuerit, languidus para  
 lyticus jacet, venit autem Christus, qui per gratiam  
 sancti Spiritus exhibuit nobis ista duo. Denique et  
 pro illo qui inciderat in latrones, duos denarios  
 dedit; et apud Samaritanos duos dies transegit (Joan.  
 v), ut in eis charitatem Dei et proximi confirmaret.  
 Et vidua illa in typo Ecclesiæ, duo æra misit in  
 eozophylacium (Marc. xii; Luc. xxi), et Dominus,  
 ad prædicandum, bipertita charitate binos discipu  
 los destinavit (Luc x); ista enim duo ante adven  
 tum Christi humanum genus habere non meruit.  
 Quid ergo huic paralytico Dominus dixerit, audia  
 mus : Surge, tolle grabatum. Ista duo languidus ille  
 minus habebat. Quid enim est Surge, nisi, Dominum

diligere? Omnis enim qui Dominum diligit, cor habet  
 sursum. Et quid est Tolle grabatum tuum, nisi, Dilige  
 proximum? Cur autem proximi dilectio per graba  
 tum designetur, Apostolus dicit : Invicem onera re  
 stra portate, et sic adimplebitis legem Christi (Ga'at.  
 vi). Ergo si præventus fuerit in aliquo frater tuus,  
 portetur a te; et si tu præventus fueris, sustineat te.  
 Ut hæc igitur obtinere possimus, profusis imploremus  
 precibus, ut charitas Dei quæ diffusa in cordibus  
 nostris, non ex nobis, sed per Spiritum sanctum, qui  
 datus est nobis, in nobis jugiter permaneat donec con  
 templationi divinæ visionis illætos assistere faciat. Ro  
 go vos ut diligentius consideretis, et quantum potestis  
 expavescatis vel caveatis, ne vobis ille crudelis hu  
 mani generis inimicus ita subripiat, quomodo solet  
 incautos et negligentes iniqua calliditate decipere.  
 Nam aliquibus homicidis, raptoribus et adulteris,  
 incestuosis et sacrilegis, vanam securitatem ingerit,  
 ut cum crimina quotidiana committant, putent quod  
 Deus, corruptorum judicium more, pecunia non acci  
 piat et peccata dimittat. Accipit plane Deus pecu  
 niam, et eleemosynis delectatur, ea tamen ratione  
 ut unusquisque peccator, quando offert Deo pecu  
 niam, offerat illi et animam suam. Quænam, fratres,  
 justitia est, ut aliquis criminosus pecuniam suam  
 per eleemosynam Deo offerat, et animam suam dia  
 bolo per iniqua opera tradat! In pecunia imaginem  
 imperatoris offert Deo, et in seipso imaginem Dei  
 tradit diabolo, cum Dominus dicat in Evangelio :  
 Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei  
 Deo. Quomodo in nummo imaginem Cæsaris, sic in  
 vobis ipsis reddite Deo imaginem Dei. Nam quam  
 libet largas eleemosynas aliquis tribuat, si capitalia  
 crimina non declinat, timeo ne falsa temeritate de  
 ceptus, et pecuniam perdat et peccatum non redimat.  
 Aliud est enim mutare vitam, aliud tolerare vitam.  
 Mutare vitam est a capitalibus criminibus ab  
 tinere : tolerare, est minuta peccata, sine quibus  
 esse non possumus, eleemosyna quotidiana redimere.  
 Nam qui substantiam suam tribuit Deo, et animam suam  
 offert inimico, impletur in eo quod scriptum est :  
 Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit mortuum,  
 quid proficit levatio ejus (Eccli. xxxiv)?  
 Quam rem apostolus exprimens ait : Canis reversus  
 ad vomitum, et sus lota in volutabro luti (II Petr. ii).  
 Quod et ipse Dominus in Evangelio confirmat : Ecce  
 sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius aliquid  
 tibi contingat. Quod denuo Salomon contestatur et  
 clamat : Fili, peccasti? ne adjicias iterum, sed et de  
 pristinis deprecare ut tibi remittantur (Eccli. xix).  
 Quam rem non de minutis peccatis, sine quibus  
 esse non possumus, sed de capitalibus criminibus  
 dixisse manifestum est. Duo namque judicia in san  
 ctis Scripturis legimus : unum per aquam in diluvio  
 (Gen. vii) quod prefiguravit baptismum quo ab om  
 nibus peccatis mundati sumus (I Petr. iii); et aliud  
 quod futurum est per ignem, quando veniet Deus  
 ad judicium, de quo Psalmista ait : Deus manifestus  
 veniet, Deus noster et non allebit, ignis in conspectu

*ejus ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida (Psal. XLVI); ut tempestas examinet quos ignis exuret. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis ac spiritus, nec ab æterno, quod absit, nec ab illo igne transitorio exuramur; de quo igne judicii Dei, Apostolus ait: Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit (I Cor. III), quod de igne purgatorio eum dixisse non est dubitandum. Quem ignem a iter impii sentient, aliter sancti, aliter justi. Impii siquidem de illius ignis cruciati ad perpetuas ignium flammis detrudentur; sancti vero qui sine omni peccatorum macula in corporibus suis resurgent, quia super fundamentum quod Christus est, aurum, argentum et lapides pretiosos, id est, sensum fidei lucidum, eloquium salutis clarum, et opera pretiosa ædificaverunt, tanta facultate illi igni prævalebunt quanta integritate fidei et dilectionis Christi in hac vita custodierint præcepta. Erunt ergo quidem justi minutis quibusdam peccatis obnoxii, qui ædificaverunt supra fundamentum quod est Christus, fenum, ligna, stipulam, quæ significant levium peccatorum diversitatem, a quibus non digne adhuc expurgati inveniuntur cum celestis civitatis gloria digni inveniuntur. Illo quoque transitorio igne, et toto extremi judicii die completo, unusquisque secundum modum meritorum, aut damnabitur, aut coronabitur. Illam ergo diem, fratres charissimi, tota intentione cogitemus, vitam corrigamus, mores mutemus, mala tentantia resistendo vincamus, perpetrata autem fletibus puniamus. Adventum namque æterni Judicis tanto securiores quandoque videmus, quanto magis nunc distractionem illius timendo prævenimus. Quid enim prodest illi qui jejuna super peccata sua, et iterum ambulans in ea, hæc eadem faciat? Unde magnopere delibendum, ut si bona quædam aliquando inchoavimus, digna perseverantia in eis permaneamus, dicente Veritate: Qui perseveraverit usque in finem (subauditur, in bonis operibus), hic salvus erit. Eatenus præterea mala dignis fletibus puniamus, ut a futuris, ipso nos custodiente qui non dormitat, in ævum caveamus, quo ante ejus conspectum sinceri et sine offensa, juxta Apostolum valeamus apparere. Eo pertinet quod dictum est: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata (Psal. XXXI). Et Paulus dicit fidelibus: Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Domino (Rom. IV). Viventes cum bonis operibus in activa vita, mortui erant peccato, et quasi jam sepulti, æternæ vite contemplatione. Et idem Magister gentium jubet ut exhibeamus corpora nostra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem (Coloss. III). Hostia quippe occiditur, ut offeratur; sed hostia vivens est corpus pro Domino afflictum; quod vivens dicitur, quia vivit in virtutibus, et est occisum vitis; hostia vero quia jam huic mundo est a pravis actibus mortuum; vivens quoque dicitur quia cuncta quæ prævalet bona operatur. Tales ergo dum possumus non præparemus, quales Domini adjutorio ipsius misericordia digni sumus et nunc et quando*

**A** operari nequibimus. Nunc ad vos sermo noster dirigitur, quos mater Ecclesia quasi non suos recognoscens ob fœditatem scelerum vestrorum dudum a se repulit; modo vero, quia Domino per dignos poenitentis fructus placuistis mundantes vos, quantum humana fragilitas permittit, ab omni inquinamento carnis ac spiritus, per crebra jejunia et afflictiones corporum, quasi jam suos ad se revocat. Immensa namque Dei pietas, sinum misericordie suæ omnibus aperit dicendo per prophetam: *Mox ut ingemueris salvus eris (Joel. II)*; et Psalmista inquit: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus (Psal. L)*. Vos ergo non corde redeatis in Ægyptum, semel de illius servitute liberati, quia, ut beatus Petrus apostolus ait, *non corruptilibus auro vel argento redempti estis de vana*

**B** *vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi Agni incontaminati et immaculati Jesu Christi (I Petr. I)*. Et in Apocalypsi Joannes apostolus: *qui dilexit nos, inquit, et auit nos a peccatis nostris in sanguine suo (Apoc. I)*; quia factus sacerdos secundum ordinem Melchisedech (Psal. CIX), pro proprio sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa. Cur ergo in sinistra parte Ecclesie positi estis? Non sine causa usus Ecclesie hoc obtinuit; verum quia Dominus in judicio *osus*, hoc est, justos a dextris, hædos vero, id est, peccatores a sinistris ponet (Matth. XXV); hædi enim significant peccatores. Unde et cilicia quæ sunt iudicamenta poenitentium, et pilis hædorum atque caprarum fiunt; hædus namque in lege pro peccato semper jubetur offerri; signat tamen Christum qui in similitudinem carnis peccati ostensus est, et pro nostris delictis oblatum est. Ipse enim peccata nostra portavit in corpore suo super lignum. Quocirca si ad pristinam actionis vitam, quantum Dominus vos custodire dignabitur, redire non valetis, manus vestras in sublime porrigentes ostendite, quia magis cœlestia quam terrena diligitis, et *vestra jam conversatio in cælis est*. His vestræ promissionis signis, quibus magis Domino quam diabolo servire promittitis gaudium nobis permaximum exhibetis, quia, ut Dominus patefecit, de converso peccatore *gaudium sit in cælo coram angelis Dei (Luc. XV)*. Nisi enim Dominus de conversione vestra gauderet, nullatenus hominem perditum in terris quaereret, et questum morte sua redimeret. Prodigus etenim filius, hoc est, gentilis populus, qui omnem substantiam suam dissipaverat vivendo luxuriose, mox ut ad Patrem rediit, dicendo: *Pater, peccavi in cælum et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum ex mercenariis tuis (Ibid.)*, statim ab ipso benigne est susceptus, ac pro reditu ejus lætitia vitulus occisus est, ipseque stola prima et calcamentis est indutus. Patris hujus duo filii fratres, alter apud Patrem remansit, alter vero dissipata substantia vivendo luxuriose a patre recessit. Pater ergo horum fratrum Deus omnipotens intelligitur, qui habuit duos filios: quorum major Judæos significat, qui in cultura unius Dei permanserunt, minor vero, ut dictum est, populum significat gentium, qui, relicto

Creatore, adoravit creaturam. Is autem in se reversus, id est, a noxiis oblectamentis recedens, ad conscientiam interiorem, mentis intentione rediit; et *urgens venit ad Patrem*, hoc est, ad societatem Ecclesie accessit per fidem, ubi est legitima et fructuosa peccatorum confessio. *Cum autem longe esset*, hoc est, cum nondum adhuc Deum intelligeret, *vidit illum pater*, hoc est, misertus est illius, et *accurrens cecidit super collum ejus et osculatus est eum*. Supra collum filii cadere est in amplexus filii brachium inducere. Brachium autem Dei Filius est, qui a Patre Deo ad hæc infirma mundi missus est. Osculatus est, cum, videlicet, ad spem veniæ peccatorum verbo gratiæ redeunt, cum per Filium diceret: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum celorum*. *Dixitque filius ad patrem: Pater, peccavi in cælum et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus*. Postquam ad patrem reversus est, hoc est, in Ecclesia positus, incipit peccata confiteri. Sed non dicit omnia quæ se dicturum supra promiserat; dicit enim: *Jam non sum dignus vocari filius tuus*; nec addit quæ superius se dicturum meditabatur: *Fac me sicut unum ex mercenariis tuis*. Cum enim adhuc longe esset, et patrem non haberet, cupiebat vel mercenarius esse; at postquam patris osculo meruit honorari, generosissime jam designatur mercenarius esse. Multam namque intelligit esse distantiam inter servum, mercenarium et filium; servus namque est qui adhuc metu pœnarum gehennæ, vel legum mundanarum formidine abstinet; mercenarius vero est, qui desiderio ac spe regni cœlestis bona agit; filius vero est, qui affectu boni et virtutum amore delectatur, et Deo per charitatem famulatur, quam summam et perfectionem omnium Apostolus commemorat, dicens: *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, major autem horum est charitas (I Cor. xiii)*. Ergo prodigus iste primo quasi servus ad se reversus, diræ famis supplicia cœpit formidare; mox reverti ad patrem volens, de statu mercenarii cœpit cogitare; postquam vero occurrens pater amplexatus et osculatus est eum, oblitus statum servi, oblitus et mercedem mercenarii desolatam, de hæreditate cœpit sollicitus esse parentis; et hoc est quod apostolus ait: *Perfecta charitas foras mittit timorem (I Joan. iv)*. *Dixit autem pater ad servos suos, Cito proferte stolam primam et induite illum*. Stola prima est beata vestis innocentie, quam protoplastus Adam bene a Deo conditus accepit, sed male a diabolo deceptus amisit (*Gen. iii*). Unde et post culpam cum cognovissent se esse nudos, hoc est, gloria immortalitatis perdita, pelliceum, hoc est, mortale, acceperunt indumentum. *Date annulum in manu ejus*. Per annulum signaculum fidei accipitur. Annulum ergo prodigus filius accepit cum Christus per fidem Ecclesiam ex gentibus sibi sociavit. Dantur et in pedes calceamenta, quæ officium evangelizandi designant. Adducitur vitulus saginatus et occiditur, id est, ipse Dominus Jesus Filius Dei, qui bene vitulus dicitur saginatus, quia caro ejus spiritali pinguedine et virtute optima est, adeo ut sola suffe-

cerit ad tollenda mundi peccata. Et ait: *Manducemus et epulemur*. Intuendum quid pluraliter dicitur: *manducemus et epulemur*. Pater namque et servi illius sunt epulati, quia nostra salus est Patris gaudium, in quo nostrorum est remissio peccatorum. Hoc præsignavit olim quod Abraham, tribus angelis hospitio receptis, vitulum tenerrimum occidit: e legitur et eis apposuisse (*Gen. xviii*), quia immolata pro nostra redemptione caro Christi totius Trinitatis lætitia est. *Et cœperunt epulari*. Epulæ istæ nunc in Ecclesia per totum orbem dilatata celebrantur; quotidie enim in sancta Ecclesia vitulus iste sacerrimus Deo Patri per sacerdotes offertur, et in vitam æternam pascit percipientes; quæ cum quotidie immolatur, semper integer permanet et immaculatus et vivus. Quapropter quia tam piæ habemus Dominum, nemo de misericordia diffidat, quæ tunc evidentius eminet quando peccator sanctificatur et abjectus erigitur. Neque enim de qualitate nostrorum operum pendet cœlestium mensura donorum, aut in isto sæculo in quo tota vita hominis tentatio est, unicuique tribuitur quod meretur, ubi, si iniquitates nostras observaret, nullus iudicium ipsius sustineret. Graviter namque peccantem cum peccatis suis non perdidit, sed mihi misericorditer ad veniam revocavit, testante apostolo Paulo: *Fidelis, inquit, sermo et omni acceptione dignus, quia Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum*. Habeamus ergo, fratres charissimi, fiduciam de misericordia Conditoris nostri; cogitemus quæ facimus, recogitemus quæ fecimus; largitatem supernæ pietatis aspiciamus, et ad misericordem Judicem, dum adhuc exspectat, cum lacrymis veniamus. Considerantes namque quod justus sit, peccata nostra non negligamus; considerantes vero quod pius sit, non desperemus. Præbet apud Dominum, nobis hominibus peccatoribus fiduciam Deus homo; est nobis spes magna pœnitentibus, quia advocatus noster factus est iudex noster, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (*Isai. vi*). Et licet, fratres charissimi, per divinam gratiam nobis collatam, et per impositionem manuum episcopaliū, credatis vos posse absolvi a peccatorum vectorum vinculis, quia statim restituemini sacris altaribus, nullus tamen debet vitam suam negligere, sed omni vitæ spatio tanquam in ipso pœnitentiæ rigore positus debet ante oculos habere mala quæ fecit, ne, securitate torpens, rursus ad eadem aut ad majora flagitia prolabatur, dicens cum Psalmista: *Quoniam iniquitatem meam cognosco (Psal. L)*, etc. Isaias quoque peccatoribus dicit: *Lavamini, mundi estote (Isai. i)*. Lavatur itaque et mundus est, qui et præterita plangit, et stenda iterum non admittit. Lavatur, et non est mundus, qui plangit quæ gessit, nec deserit, et post lacrymas ea quæ severat repetit. Sic denique et alibi animam pœnitentem, atque iterum delinquentem, sermo divinus increpat, dicens: *quam vilis facta es nimis iterans vias tuas (Jerem. ii)*! Quisquis ergo culpas præteritas plangit, hunc necesse est modum

neat, ut sic amissa defleat, ne iterum flenda committat, quatenus divino munitus auxilio, facinora quæ gessit severa corporis afflictione et eleemosynarum largiflua redemptione purget atque consumat. Sicque renovatus irriguis lacrymarum fontibus, ante conspectum tremendi Judicis mundus appareat, digne ab ipso pro benefactis quæ fecit coronandus. Et quia in hac die sacratissima fiunt plurima in sancta Ecclesia, quæ necessario debet scire vestra industria, sicut pœnitentium reconciliatio, sacri o'ei benedictio, sancti chrisma's confectio, fraterna pedum ablutio, ecclesiarum quoque et sacrorum vasorum purificatio, dignum iudicavimus, quantum Dominus dederit, hæc vestræ fraternitati disserere. Christus itaque in hac die post typicum illud Pascha completum ad verum Pascha transiens, mysterium corporis et sanguinis sui primum apostolis tradidit, et propter humilitatis formam commendandam eo die pedes eorum lavit, et hinc est quod eodem die, altaria templique parietes et pavimenta lavantur, et vasa purificantur. Quo die etiam pœnitentes reconciliantur, quia, scilicet, ipsa die qua sacramenta corporis et sanguinis sui Dominus primum confecit ac discipulis tradidit, oportebat ut ad hæc præsumenda pœnitentes restaurarentur; eo, videlicet, tempore quo sanguis Christi in remissionem peccatorum fusus est. Eodem denique die, proinde sanctum chrisma conficitur, quia *ante biduum Paschæ* Maria caput Domini ac pedes unguento perfudisse perhibetur (*Marc. xiv*). Unde et Dominus discipulis suis dixit: *Scitis quia post biduum Pascha fiet, et filius hominis tradetur ut crucifigatur* (*Joan. xi*; *Matth. xxvi*). Chrisma igitur, hoc est, unctio a Christi nomine sumpsit vocabulum. Messias namque Hebraice, Christus Græce, unctus dicitur Latine. Unde Psalmista: *Propterea, inquit, unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis* (*Psal. xlv*; *Hebr. i*). Cur unxit te? Ut diligeres justitiam et odisses iniquitatem, quod ita est intelligendum: O tu Deus, id est, Fili, nunc te Deus tuus, hoc est, Pater, cui es consubstantialis et cœternus Filius, unxit te! Quomodo? Oleo, scilicet, invisibili, non visibili: *oleo exultationis*. Idem, ipso Spiritu sancto qui in specie columbæ super illum apparuit, quo etiam conceptus et natus est, et de quo ad Baptistam dictum est: *Super quem videris Spiritum descendentem et manentem super eum, ipse est qui baptizat in Spiritu sancto* (*Joan. i*); de quo, ut prædiximus, mystice est natus, et secundum traditionem ipsius, baptizati renati sunt in quo solo baptismate, quod in catholica celebratur Ecclesia, sit remissio peccatorum, per eum qui *peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus* (*I Petr. ii*). David etiam vultus nostros, oleo exhilarando, id est, mentes nostras, gratia Spiritus sancti (quam designat materialis olei unctio, qua corporaliter unguuntur Adeles) illustrandas præcinuit. Unctus est ergo nobis Deus, et missus est nobis; et ipse Deus ut ungeretur, homo erat; sed ita homo erat, ut Deus esset. Ita Deus erat, ut homo esse non

dedignaretur; et ideo unctus Deus, quia et homo Deus factus est Christus. Non potuit apertius dici nomen Christi quam ut diceretur unctus Deus. Dixit autem *unxit*, non dixit *unctus est*, quia in prædestinatione jam factum erat quod beatus Petrus in apostolorum Actibus dixit: *Hunc Jesum a Nazareth quem unxit Deus Spiritu sancto* (*Act. x*). Unctus est ergo Jesus ut dictum est, non oleo visibili, sed dono gratiæ quod visibili significatur unguento quo Baptizatus ungit Ecclesiam. Nec tamen tunc unctus est Spiritu sancto, quando super eum baptizatum velut columba descendit (*Matth. iii*; *Marc. ii*; *Luc. iii*; *Joan. i*); tunc enim corpus suum, id est, Ecclesiam suam, præfigurare dignatus est, in qua baptizati præcipue accipiunt Spiritum sanctum ita mystica et invisibili unctione. Alii autem reges qui typum illius prætulerunt, et regnando Christi consortes dicti sunt, oleo corruptibili sunt uncti; hic vero Dei Filius, salvo superiori sensu, a Deo Patre, oleo exultationis, hoc est, resurrectionis, ascensionis, dominationisque, est delibutus, quia Christi natura unctus (*Psal. xlv*), nos per gratiam. Nobis enim ad mensuram datur donum gratiæ, dividente ipso *singulis prout vult*; in Christo autem, ut dixit Apostolus, *habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* (*Coloss. ii*). Unde propheta: *Requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum Spiritus timoris Domini* (*Isa. xi*). Omnes vero sancti, non plenitudinem Spiritus ejus, sed *de plenitudine ejus*, quantum ille donat, accipiunt (*Joan. i*). Ipse autem qui, existens Deus ante sæcula, per Spiritum sanctum in utero Virginis homo conceptus est in fine sæculorum, ibi ab eodem Spiritu unctus est ubi conceptus, nec ante conceptus, et postmodum unctus est, sed hoc ipsum de Spiritu sancto et carne Virginis concipi, Spiritu sancto ungi fuit. Itaque sunt participes ejus filii hominum, quia et ipse Filius hominis particeps factus est mortalitatis illorum, ut faceret participes immortalitatis suæ, quam immortalitatem assequi valemus, si modo per confessionem dignos pœnitentiæ fructus expiati et meritis ac orationibus sanctorum Christo reconciliati, atque per acceptionem corporis et sanguinis ejus in fide recta permanentes, unum cum illo facti sumus, ipsi incorporati in quo princeps hujus mundi et suam aliquid requisivit et invenire non potuit (*Joan. xiv*), quoniam solus est *inter mortuos liber*, per quem nos a peccati servitio veraci jam libertate solvimur, quia ei qui vere liber est, per corporis et sanguinis ejus acceptionem unimur. Sicut enim vere carnem corporis nostri Christus assumpsit, et vere homo qui ex Maria Virgine natus est Jesus Dei Filius est, non quemadmodum alii homines per gratiam, sed natura Filius ex substantia Patris, ita vera est caro et verus est sanguis ejus quem ad manducandum et potandum in mysterio sumimus, sicut ipse testatur; et nos qui vere sub mysterio carnem et sanguinem corporis ejus sumimus, per ea naturaliter unum cum illo effici-mur, in quibus manet post consecrationem simili-



tudo panis et vini, ne sit quidam horror erorris, sed manet in eis gratia redemptionis. De naturali enim in nobis Christi veritate ipse ait : *Caro mea vere est esca, et sanguis meus vere est potus; qui edit carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo* (Joan. vi). De veritate carnis et sanguinis ejus nullus relictus est ambigendi locus; nunc enim et ipsius Domini professione, et fide nostra vere caro est, et vere sanguis est, et hæc accepta atque hausta id efficiunt, ut nos in Christo et Christus in nobis sit. Esto ergo in nobis ipse per carnem, et sumus in eo dum secundum hoc quod nos sumus in Deo est. Sciendum est præterea quia Apostolus ipsam acceptionem Eucharistiæ Dominicam cœnam vocat (I Cor. xi). Sed quosdam movere potest quod Christus discipulis, postquam cum illo in cœna comedisent et bibissent, sacramenta corporis et sanguinis sui tradidit, sicut illic scriptum est : *Cum, inquit, illi manducarent, accepit Jesus panem, et benedixit; et manducans dixit: Quoniam unus ex vobis tradet me* (Math. xxvi). Postea enim tradit sacramentum; et sic liquido apparet quando primo acceperunt discipuli corpus et sanguinem Domini, non accepisse jejunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est Ecclesiæ universæ institutum, quod a jejunis semper accipitur. Hoc enim placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti, in os Christiani corpus Dominicum intraret priusquam cæteri sibi; atque ideo per universum orbem morem hunc esse servatum. Namque Salvator quo vehementius commendaret mysterii illius altitudinem, utimum hoc voluit infligere cordibus et memoriæ discipulorum in quibus ad passionem digressurus erat. Sed et illud a multis queritur, si quotidie quilibet fidelis debeat corpus et sanguinem Christi accipere, an se aliquibus diebus a tanto sacramento subtrahere, cum Apostolus dicat : *Probet autem se ipsum homo, et sic de illo pane edat, et de calice bibat* (I Cor. xi). Quam multi de altari accipiunt, et moriuntur, et accipiendo moriuntur! Unde dicit Apostolus : *Judicium sibi manducat et bibit*. An non buccella Dominica venenum fuit Judæ; et tamen accepit, et cum accepit, in eum inimicus intravit (Luc. xxi), non quia malum accepit, sed quia bonum malus male accepit. Dixerit ergo aliquis non quotidie accipiendam Eucharistiam! quæsieris : Quare? Quoniam, inquit, eligendi sunt dies quibus purius homo continentiusque vivat, quo ad tantum sacramentum dignus accedat, *qui enim manducaverit indigne, judicium sibi manducat et bibit*. Alius, contra : Iuvo, inquit, si tanta est plaga peccati atque ulcus morbi ut medicamenta talia differentia sunt, auctoritate antistitis debet quis, ut ab altari removeri ad agendum penitentiam, et ejusdem auctoritate reconciliari. Faciat igitur unusquisque quod secundum fidem suam pie crederit esse faciendum; neuter enim eorum exhorret corpus et sanguinem Domini, sed saluberrimum consilium illud honorare contendit; neque enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri præposuit. Zachæum dico et illum centurionem (Luc. xix; Math. viii),

cum alter eorum, gaudens in domum suam suscepit Dominum, alter dixerit : *Non sum dignus ut intres sub tectum meum*. Ambo Salvatore honorificantes, diverso, et quasi contrario modo; ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti, et sicut in primo populo unicuique piorum manna secundum propriam voluntatem in cor sapiebat, sic in ore uniuscujusque Christiani sacramentum illud quo subjungatus est mundus. Nam ille, honorando, non audet quotidie sumere, et ille, honorando, non audet in illo die prætermittere. Videte ergo, fratres, quia si separemini a corpore Domini, qui fideles estis, metuendum est ne fame moriamini? si autem recipitis indigne, metuendum est ne judicium manducetis et bibatis. *Angustia vobis undique*. Veritas dicit : Si male vivitis, in æternum moriemini; at non potestis bene vivere nisi ille adjuverit, nisi ille dederit. Ideo orate, et manducate, et implebitur os vestrum laude Dei et exultatione, et dicetis illi de magnis angustiis liberati : *Liberasti gressus meos subtus me, et non sunt infirmata vestigia mea* (Psal. xvii). Ad invisibile altare Dei justificatus pervenit, qui ad hoc, præsens injustus, non accedit, causam suam (sic) Cui rei concordans Apostolus dicit : *Quia si nosmet ipsos judicaremus, non utique judicaremur* (I Cor. xi), pro illis, scilicet, peccatis de quibus idem Apostolus ait : *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur* (Galat. vi). In penitentia, majorem in se quisquis severitatem debet exercere, ut a se ipso judicatus non judicetur a Domino, ut et idem Apostolus dicit : *Si enim nos judicaremus, a Domino non judicaremur*. Ascendat itaque homo adversum se tribunal mentis suæ si timet illud, quod oportet nos exhiberi ante tribunal Christi (II Cor. v), ut illic recipiat unusquisque quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum. Constituat se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat; nam minatur hoc ipsum Deus peccatori, dicens : *Arguam te, et statuam te ante faciem tuam*; atque ita constituto in corde judicio, absit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor; inde quidam sanguis animi consistentis per lacrymas profluat. Postremo ab ipsa mento, talis sententia proferatur, ut se homo judicet indignum participatione corporis et sanguinis Domini, ut qui timet separari a regno cœlorum per ultimam sententiam summi Judicis, per ecclesiasticam disciplinam a sacramento cœlestis panis interim separetur. Versetur illi ante oculos in ago futuri judicii, ut cum alii accedunt ad altare Dei quo ipse non accedit, cogitet quam sit contremiscenda illa pœna, cum percipientibus aliis vitam æternam, alii præcipitabuntur in mortem æternam, a qua, his sacrosanctis mysteriis intervenientibus eruemur, et beatæ resurrectionis gloria feliciter induamur, accipientes stolam albam (animæ, scilicet, beatitudinem) cum corporati nostro Redemptori; ut sicut ille et Pater unum sunt, ita et nos in ipsis unum effici mereamur (Math. xxv), donec accipientes corpus et sanguinem ipsius in remissionem peccatorum nostrorum, et vitam nobis

sine fine mansuram, ipso præstante qui sine fine permanet in sæcula. Amen.

### HOMILIA IX.

*De vulnerato Samaritano.*

Vulneratos vos video, fratres mei, vulneratos vos video; et, quod est deterius, non vulneribus corporum, sed vulneribus animarum. Animarum enim vulnera tanto sublimiora sunt et inmedicabilia, quanto natura animæ subtilior est corpore. Corpus enim videtur et tangitur, anima vero invisibilis est et impalpabilis; unde et requirit celeste medicamentum illius Samaritani, id est, custodistotius humani generis Domini Jesu Christi et Salvatoris nostri, de quo Psalmista: *Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam (Psal. cxxvi)*; qui hominem descendentem a Jerusalem in Jericho (ut Evangelica refert parabola) et a latronibus sauciatum, jumento imposuit duxitque in stabulum et curam illius egit (*Luc. x*). Quam parabolam, quia breviter præbavimus, paululum ejus flores carpamus. Homo ille qui descendit a Jerusalem in Jericho, et incidit in latrones, significat Adam, qui, de statu immortalitatis superbiendo descendens, in hanc miseram vitam devenit. Latrones in quos incidit demones sunt in quos descendens incidit; nam nisi prius intus intumisset, foris tentatus, tam facile non cecidisset. Despoliaverunt eum, id est, veste innocentie privaverunt. Plagas imposuerunt, id est, peccata nostræ conditionis, quæ jam mortalis peccando facta fuerat, intulerunt. Semivivum reliquerunt, quia beatudinem vitæ immortalis exuere potuerunt, sed non sensum rationis a nobis auferre potuerunt. Ex qua enim parte et cognoscere Dominum possumus, vivimus, ex qua vero parte peccatis contabescimus et miseria deficiamus, mortui sumus et lethifero vulnere sædati; sed Samaritanus, id est, custos, Dominus, scilicet, et Salvator noster vulneratum invenit, quia Christus in hunc mundum veniens, omnes peccatores reperit. Alligavit vulnera ejus dum præcepit, dicens: *Pœnitentiam agite (Matth. iii)*. Infundit oleum cum addidit: *Appropinquavit enim regnum cælorum*. Infudit et vinum, cum dixit: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur*. Arbores sumus, fratres, in agro Dominico constitutæ; Deus autem est noster agricola. Si ergo viderit nos non ferre fructum boni operis, excidetur nos ab hac vita per mortem, et in ignem projiciet infernalem, ubi est fletus præ ardore, stridor dentium præ frigore; in quo igne ne comburamur, clamat ipse per prophetam: *Lavami, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere perverse, discite benefacere*; et iterum: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat*. Convertamur igitur ad salutem nostram, lavemus lacrymis conscientiam, extinguamus ignes concupiscentiæ per ignes pœnitentiæ. Legimus enim, Apostolo dicente, quod *omnes peccaverunt et egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius (Rom. iii)*. Qui et iterum inestimabilem ejus gratiæ magnitudinem commendans, ait: *Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit*

*A gratia (Rom. v)*, quia nimirum languorem curavit; tanto amplioem cunctis pœnitentiæ gratiæ medentis ostendit; sicut Pharisæis eundem in misericordie fontem reprehendentibus quando cum Mathæo Publicano, quem prostra evangelistam et apostolum fecit, aliisque compluribus manducabat et bibebat, consona voce respondit: *Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent (Matth. ix; Marc. ii; Luc. v)*; seipsum insinuans verum medicum, de quo Propheta ait: *Vere languores ipse nostros tulit, et dolores ipse portavit (Isai. lvi)*. Quia autem addidit: *Non veni vocare justos, sed peccatores in pœnitentiam*, ostendit se omnes ad pœnitentiam vocare, et electos et peccatores. Vocat namque peccatores, ut per pœnitentiam corrigantur, vocat justos, ut magis magisque justificentur. Justus ergo dum stat, summo ere videat ne cadat (*I Cor. x*), quia nec si tempus pœnitendi accipiet, aut digne pœnitebit; peccator vero dum labitur in peccatum, de misericordia Dei præsumat, apud quem nullas patitur vitæ moras vera confessio, dicente Deo Spiritu per prophetam: *Mox ubi ingemueris, salvus eris*. Et: *Dic prior iniquitates tuas, ut justificeris (Isai. xlvi)*, quia *apud Dominum misericordia et copia a apud eum redemptio*; cujus misericordie nec modum possumus ponere nec tempore definire. Stans ergo audiat quod per prophetam Dominus dicit: *In quacunque die justus peccaverit, omnia justitiae ejus in oblivione erit coram me*; lapsus vero intendat quod idem in Evangelio ait: *Gaudium erit in celo super uno peccatore pœnitentiam agente (Luc. xv)*. Stantibus, si ceciderint, minatur pœnitentiam; lapsis vero, ut surgere appetant, promittit misericordiam. Et quia, fratres mei, multa illicita commisistis, debetis abstinere a licitis. Licet enim homini comedere carnes, et bibere vinum, et cætera corpori necessaria; quæ non cum saturitate pœnitentes debent sumere, sed cum sustentatione corporis, ut quæ ventri subtrahunt erogent pauperibus; ut Dominus noster, qui forma servi pauper et humilis apparere dignatus est, vossuæ divinitatis et divitiarum faciat esse participes, quando illam desiderabilem vocem justis audient: *Quandiu fecistis uni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis (Matth. xxv)*; ipso præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus. Amen.

### HOMILIA X.

IN CŒNA DOMINI.

*De mysteriis ejusdem diei.*

Cum summus Opifex cuncta ex ordine ac mirabiliter ita disposuerit ut in rerum et temporum serie mens humana semper ad dulcedinem supernæ patriæ aspiret; sicut patenter insinuat hujus Dominicæ cœnæ veneranda solemnitas, dignum est, fratres charissimi, ut ex credita nobis aliquo tempore dispensationis diviniæ pecunia aliquatenus, prout Dominus dederit, vestris auribus infundam sermonem: vocatur enim hæc dies Cœna Domini, vocatur et natalis Galicis; et merito talibus præfulget vocabulis, quia hac eademque die mysticum Pascha Dominus cum discipulis celebrans, sacramenta corporis et sanguinis sui illis,

atque per illos nobis, tradidit, et ipse celebrationis A initium fecit; eorumque pedes ablucens, ut nos ita alter alteri faciamus, exemplum praeiuit. Discamus igitur, fratres, humilitatem, ab Excelso: faciamus invicem humiles, quod humiliter fecit Excelsus; nec dedignetur, quod fecit Christus, facere Christianus. Nam quid dicit? *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis* (Joan. xii). Ostendit nobis, ut si quis adversus aliquem habet querelam, sicut Dominus donavit nobis, ita nos invicem nobis delicta condonemus, et pro nostris delictis invicem oremus, atque ita quodammodo invicem pedes nostros lavemus. Nostrum est, donante ipso, mysterium charitatis et humilitatis adhibere; illius exaudire, ac nos ab omni peccatorum contaminatione mundare per Christum et in Christo, ut quod aliis dimittimus, B hoc est in terra solvimus, solvatur nobis in caelo. Hac etiam die, toto orbe christiana conficitur ad influendam totius mundi culpam. Paenitentibus per indulgentiam subvenitur, discordes ad concordiam hodie redeunt: a pacificantur irati iudices, et jam latronibus parcat; patescunt carceres in toto orbe, claudunt indulgentiam principes criminosis, servis malis indulgeat dominus. In ipsa quoque die post multa mysteria Deus et Dominus noster Jesus Christus, discipulis suis videntibus, gloriosa ascensione caelos penetravit (Act. i). Nec sine magno mysterio tantum sacramentum feria quinta praefigitur: a quinquagesimo enim quinquagesimo die a Pascha, et lex in monte Sina populo data est (Exod. xx), et gratia sancti Spiritus discipulis in cornuculo missa est (Act. i). Hoc autem numero perpetuitas futurae quietis recte ostenditur, in quo et legis decalogus et mandata, et Spiritus sancti gratia donatur hominibus, ut aperte demonstretur quia quicumque divinae legis iussa, juvante Spiritu sancti gratia, percipiunt, ad veram perfectamque requiem tendunt. Quinquagesimus etenim annus in lege Jubileus, id est dimittens sive mutatus, appellari iussus est (Lev. xxv), in quo populus ab omni operatione quiesceret, omniumque debita laxarentur, servi liberi redirent, et annus ipse majoribus solemnibus ac laudibus divinis eminentior caeteris existeret: unde et merito per hunc numerum illa summæ pacis tranquillitas indicatur, quando, sicut Apostolus ait, canente tuba novissima: *mortui resurgent et nos immutabimur* (I Cor. xv) in gloriam; ubi cessantibus hujus sæculi laboribus et ærumnis, dimissis omnium culparum debitis, in sola visionis divinae contemplatione cunctus electorum populus in æternum gaudebit, impleto desiderabili Domini ac Salvatoris nostri mandato; *Vacate et videte quoniam ego sum Dominus* (Psalm. xlv). Ad cujus perpetuam visionem, finito hujus mundi curriculo, perducere nos dignetur Agnus immaculatus, Deo Patri hac nocte pro totius mundi peccatis oblatus Jesus Christus Dominus noster, qui cum eodem Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

a Latronibus olim parcebatur in die Cœnæ Domini.

## HOMILIA XI.

IN CŒNA DOMINI.

Ad populum, deinde et ad penitentes.

Boni homines, quia vestram fraternitatem aliter necesse est alloqui quam consacerdotes et cooperatores nostros, quibus datum est nosse mysteria regni caelorum (Matt. xiii, Marc. iv, Luc. viii): ideo ad vos simplici et rusticano utentes eloquio convertamur, ut tantæ solemnitatis sacramentum iuxta parvitatem nostri sensus exponamus vobis rusticitate verborum. Vocatur hæc festivitas Cœna Domini, eo quod hoc die Dominus cœnaverit cum discipulis, eisque sacramentum corporis et sanguinis sui tradiderit, ut nos ab altari per Christi ministros instrumentes, in ipso vivamus, et spiritualiter ipso partumur. Quia et ipso vino potati, non desiciamus in hujus peregrinationis miseria, sed anima et mente reficiamur. Qua etiam die discipulorum suorum pedes abluit, exemplum datur nobis, ut sicut ipse fecit illis, ita et nos alterutrum faceremus, id est, si quisquam nos laeserit, memores præcepti ipsius, ex corde dimittamus, ut et Pater noster, qui est in caelis, dimittat nobis. Qua etiam nocte tentus est a Judæis, et mane crucifixus, ut maledicto quod nos per primum hominem accepimus misericorditer liberaret, et diaboli laqueis eriperet ac caelestis vitæ januam, si præcepta ejus faceremus, aperiret. Commemorat autem nobis beatus Paulus apostolus, *qui raptus fuit usque ad tertium caelum* (II Cor. xii), præcepta vivendi quæ faciamus, dicens: *Maneant in vobis fides, spes, charitas, major autem est charitas* (I Cor. xiii). Spes autem est futurorum bonorum expectatio, quæ exprimit humilitatis affectum et sedulæ servitutis obsequium; spes autem dicta quod sit pes et progrediendi facultas, quia quisque dum peccatum amat, futuram gloriam non sperat. Ille enim fiducialiter sperat, qui Domini mandata fideliter servat: *spes enim, ut ait Apostolus, salvi facti sumus* (Rom. viii). Ideo non nisi a Domino, Deo petere debemus quidquid speramus nos vel bene operaturos vel pro bonis operibus adepturos. Ponamus igitur spem nostram in Domino, instruente David et dicente: *Mihi autem adherere Deo bonum, pone e in Domino Deo spem meam* (Psalm. lxxi); et iterum: *Spes mea in Deo est*. Fides est justitiæ fundamentum, quam nulla opera bona præcedunt, et ex qua omnia bona procedunt. Ipsa nos a peccatis omnibus purgat, mentes nostras humiliat Deo reconciliat, spem nobis futurae remunerationis inspirat, auget in nobis virtutes sanctas, ac nos in earum possessione confirmat: *sine fide enim, (ut ait Scriptura,) impossibile est placere Deo* (Hebr. xi), quia nemo potest ad veram pervenire beatitudinem nisi per fidem, fidem illam scilicet quæ per dilectionem operatur (Gal. v); quæ, ut Jacobus apostolus ait, *fides sine operibus mortua est* (Jac. ii); et iterum: *Quid proderit (fratres mei) si fidem quis dicat se habere, opera autem non habet* (Ibid.)? Nunquid bene vivit, et bene vivendo fidem rectam

D

Custodit? Charitas est mater, fons et origo omnium virtutum. Ipsa est omnis præcepti finis, de qua dicit Apostolus: *Finis autem præcepti est charitas de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta (Tit. 1)*. Unde Dominus ait: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem (Joan. xix)*. Omne enim mandatum de sola dilectione est, et omnia unum præceptum sunt, quia quidquid præcipitur, in sola charitate solidatur. Ut enim ait apostolus: *Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet et Deus in eo (I Joan. iv)*. Quatuor autem modis charitas consistit: hoc est, in dilectione Dei, quæ prima est; secunda si nosmetipsos secundum Dominum amemus; tertia, proximos; quarta, etiam inimicos. Dominum ergo plus quam nos diligere debemus; proximum, sicut nos; inimicum, ut proximum. Hæc est enim vera charitas quam habere debemus invicem, sicut Dominus ostendit et docuit dicens: *Diligite invicem, sicut et ego dilexi vos; hac majorem dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis (Joan. xv)*. Si autem et animam poni oportet, quanto magis votum et studium majus debet intelligi? Difficile quippe est vim charitatis exprimere, cum omnia Dei præcepta sola possideat charitas, dicente beato Augustino: Totam magnitudinem et altitudinem divinarum eloquiorum secunda possidet charitas qua Dominum proximumque diligimus. Hæc in adversitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate largissima, inter veros fratres lætissima, inter falsos patientissima. Et quia de his tribus præceptis aliquantisper locuti sumus, dicamus quid inter se differant. Fides in spem proficit, spes vero ad charitatem. In præsentia tria sunt, in futuro sola charitas sanctorum angelorum et Dei, et tunc quidquid fides et spes promiserant consummabitur. Majus ergo est quod semper erit quam quod aliquando cessabit, quia sola charitas ibi perfecta erit cum perfectos Deo, a quo est donata, conjunxerit. Sed quia hæc et alia bona nequaquam a Domino obtinere poterimus, nisi oratione, jejuniis et elemosyna, dicamus breviter quanta hæc humanæ salutis præstent beneficia, si, ut decet, a nobis fuerint frequentata. Modum namque orationis sanctissimus martyr Cyprianus nos docet, dicens ut cum stamus ad orationem, vigilare et incumbere ad preces toto corde debeamus. Cogitatio omnis carnalis et spiritalis abscedat, nec quidquam animus cogitet quam id solum quod precatur. Ideo et sacerdos ante orationem præfatione præmissa, parat fratrum mentes dicendo: Sursum corda, ut respondens plebs, habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud quam Dominum cogitare debere, ut claudatur pectus contra adversarium et soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tempore orationis accedere patiatur. Obrepit enim frequenter et penetrat, et subtiliter fallens, preces nostras a Deo avocatur, ut aliud habeamus in corde et aliud in voce. Nam quali devotione et reverentia sit orandum, beatissimus et sanctissimus Pater Benedictus demonstrat, dicens: Si cum homi-

nibus potentibus volumus aliqua suggerere, non possumus nisi cum humilitate et reverentia, quanto magis Domino Deo universorum cum omni humilitate et devotionis puritate supplicandum est, cum non in multiloquio, sed in puritate cordis et compunctione lacrymarum nos exaudiri sciamus? Illinc Dominus in Evangelio: *Cum stabitis ad orandum, dimitte si quid habetis adversus alterum (Matth. vi)*. Hinc iterum: *Nisi remiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester, qui in caelis est, dimittet vobis peccata vestra*. Hinc rursus ait: *Date et dabitur vobis, dimittite et dimittetur vobis (Ibid.)*. Hinc in institutione orationis, conditionem pietatis posuit, dicens: *Dimittite nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Ibid.)*. Ille recte sui delicti veniam postulat, qui hoc prius quod in eum delinquitur relaxat (*Matth. v*): dimittamus ergo quod debetur nobis. Relinque proximo tuo (ait Salomon) nocenti te, et tunc, deprecanti tibi, peccata solventur (*Eccli. xxviii*). Ait enim apostolus Paulus, *Volo itaque viros orare in omni loco levantes sanctas manus sine ira et disceptatione (I Tim. ii)*; sanctæ enim manus sunt, ut ait Ambrosius, quando cor mundum est, quia ipsa est Domino acceptabilis oratio quæ funditur sine odio fraterno. Ait autem Dominus: *Oportet semper orare et non deficere (Luc. xviii)*; et Paulus apostolus ait: *Semper gaudete, sine intermissione orate (I Thes. v)*. Quis autem potest semper orare ac sine defectu et intermissione precibus insistere, ut nec alimentum sumendi nec dormiendi tempus habeat? Cui ergo dicendum est, oportet semper orare et non deficere, nisi et qui canonicis horis quotidie, juxta ritum ecclesiasticæ traditionis, psalmodiis precibusque consuetis Dominum laudare et rogare non desistit? Et hoc est quod Psalmista dicebat, *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo (Psal. xxxiii)*. Sedulæ autem preces provocant animam Judicis ad misericordiam, et sicut militi sine armis ad bellum exire non convenit, ita homini Christiano procedere quolibet sine oratione non expedit. Eredientes de hospitio armæ oratio, regredientibus de platea animo occurrat. Quidquid Christianus inchoat, antea dirigat orationem ad Dominum; quidquid perficit, et hoc cum oratione perficiat, et semper, sensu, mente, voce et opere, omnipotentem Dominum oret, ut de ea velle dicere, pariter et facere, et ea usque ad boni operis perseverantiam retinere quibus ad vitam perpetuam feliciter pervenire concedat: frequenter orationibus insistat, et mala sua præterita cum lacrymis et gemitu quotidie in oratione Deo confiteatur, et caveat ne ad hoc rursus proruat quod se planxisse agnoscit. Meminisse enim debet quod dicitur, *Ne iteres verbum in oratione tua (Ecli. vii)*: quo videlicet dicto vir sapiens nequaquam nos prohibet sæpe veniam petere, sed culpas iterare; ac si aperte dicat: Cum male gesta desieveris, nequaquam rursus facias quod cum precibus iterum plangas. Sciat autem fraternitas vestra quia tunc pretiosior sit oratio cum conjuncta fuerit elemosynæ; inefficax enim petitio est (ut ait beatus Cyprianus) cum precatur Do-

sterilis oratio. Nam si omnis arbor non faciens A  
 fructum bonum excidetur et in ignem mittetur (Matth.  
 III), nique et sermo non habens fructum, promere-  
 ri gratiam Domini non potest, quia nulla operatione  
 secundus est. Et ideo Scriptura divina inseruit di-  
 cens: *Bona est oratio cum jejuniis et elemosyna* (Tob.  
 XI). Nam qui in die iudicii præmium pro operibus et  
 elemosynis redditurus est, hodie quoque ad oratio-  
 nem cum operatione venienti benignus auditor est.  
 Sic Cornelius centurio, cum oraret meruit audiri,  
 faciens multas elemosynas et orans semper Domi-  
 num. Hinc circa horam nonam astitit angelus testi-  
 monium reddens operibus ejus et dicens: *Corneli,  
 orationes tuæ et elemosynæ tuæ ascenderunt in me-  
 moriam coram Domino* (Act. X). Cito orationes ad  
 Dominum ascendunt, quæ ad eum merita nostri ope-  
 ris afferunt, unde et per Jeremiam prophetam dicitur:  
*Levatus est coram Domino cum manibus ad Dominum  
 (Thron. III). Ad Dominum quippe corda cum manibus  
 levare est orationis nostræ studium cum merito boni  
 operis conjungere. De hoc et sanctus Leo papa:  
 Oratio (inquit) propitiatio quaeritur, jejuniis con-  
 cussa conscientia carnis exstinguitur, elemosynis peccata  
 redimuntur; in orationibus fides permanet recta, in  
 jejuniis victa, in elemosynis mens benigna; hoc  
 enim perfectum et rationale jejuniis quo noster  
 exterior homo jejunat et interior orat, et facilius per  
 jejuniis oratio penetrat in cælum. Jejuniis fortia  
 tela sunt adversus tentamenta dæmoniorum; cito  
 enim per abstinentiam devincuntur, cum jejuniis ho-  
 nis operibus Deo acceptabilia sunt. Qui autem cibis  
 abstinent, et prave agunt, dæmones imitantur, qui-  
 bus esca non est et nequitia semper est: ille enim  
 demum bene abstinet a cibis qui et a malitiæ actioni-  
 bus et a mundi jejunat ambitionibus. Necessaria  
 namque sunt animæ nostræ jejuniis, sicut vulneribus  
 medicina: medelam enim conferunt vitæ perpetuæ,  
 ita tamen ut duarum rerum testimoniis commenden-  
 tur, orationis scilicet ac misericordiae: sicut et Po-  
 ninus per prophetam dicit: *Nonne hoc est magis je-  
 junium quod elegi; dissolve colligationes impietatis,  
 solve fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti  
 sunt liberos, et omne onus dirumpe; frange esurienti  
 panem tuum, et egenos vagosque induc in domum  
 tuam; cum videris nudum, operi eum et carnem tuam  
 et desuperis; tunc erumpet quasi mane lumen tuum,  
 et sanitas tua citius oretur, et erit ante faciem tuam:  
 Justitia tua, et gloria Domini colliget te; tunc invoca-  
 bis et Dominus exaudiet; clamabis, et dicet: Ecce ad-  
 sum (Isa. LVIII). Ilud ergo jejuniis Deus approbat  
 quod ad ejus oculos manus elemosynarum levat,  
 quod cum proximi dilectione agitur, quod pietate  
 conditur. Quod ergo tibi subtrahis alteri largire; et  
 unde caro affligitur, inde egentis proximi caro re-  
 paretur. Hinc etiam per prophetam Dominus dicit:  
*Cum jejunaretis et plangeretis, nunquid jejuniis j-  
 nantibus mihi? et cum comeditis et bibitis, nunquid non  
 vobismetipsis comeditis et vobismetipsis bibitis?* (Zach.  
 VII). Sibi enim comedit et bibit qui alimenta corpo-**

ris, quæ sunt communia dona conditoris  
 gentibus percepit; et sibi quisque jejuna  
 ad tempus subtrahit non pauperibus tribu-  
 tri postmodum offerenda custodiat. Hinc  
 tam Joëlem dicitur: *Sanctificate jejuniis* (Je-  
 junium quippe sanctificare est adjunctis  
 dignam carnis abstinentiam ostendere:  
 vult ordinate dare elemosynam, a seip-  
 sicut et eam sibi primum dare. Est eni-  
 syna opus misericordiam, verissimeque  
*Miserere animæ tuæ placens Deo* (Eccles.  
 pter hoc renascimur ut Deo placeamus,  
 displicet quod nascendo contraximus: hæc  
 elemosyna quam nobis debemus: *Elemosynam et ecce omnia munda sunt nobis*  
 Non solum ergo qui dat esurienti cibum  
 potum, nudo vestimentum, peregrinantem  
 fugienti latibulum, ægro vel incluso vel  
 captivo redemptionem, non sano me-  
 litem, deliberanti consilium, et quodcumque  
 rium in ligenti; verum etiam qui dat  
 cantem, elemosynam dat; et qui emenda-  
 in quem potestas ei datur, vel coercet  
 plina; et tamen peccatum ejus quo ab  
 vel offensus, dimittit ex corde, vel orat-  
 tur ei, non solum in eo quod dimittat  
 verum etiam in eo quod corripit et ali-  
 quum poena plectit, elemosynam dat, qui  
 diam præstat. Raphael quoque angelus,  
 syna libenter ac largiter detur, horta-  
*Bona est oratio cum jejuniis et elemosyna  
 mosyna liberat a morte, peccata ipsa purg*  
 Ostendit orationes nostras ac jejuniis  
 nisi elemosynis adjuventur. Duæ namque  
 mosynæ: una corporis, egentem dare qui-  
 ris; altera spiritualis, dimittere a quo  
*Vindite*, inquit, *quæ possidetis, et date*  
 (Luc. XII). Et iterum: *Date elemosynam  
 omnia munda* (Luc. XI), scilicet, vobis.  
 ait: *Redemptio animæ viri, divitiæ sua  
 missetur pauperi, beatus erit* (Prov. XII)  
 Scriptura: *Conclude elemosynam in sinu  
 et hæc pro te exorabit ab omni malo; sicut  
 dentem exstinguit aqua, ita elemosyna pe-  
 ccli* (xxix; Prov. xiv; Eccles. III). Et iterum  
*rat aures suas ne audiat pauperem, et ipse  
 minum, et non erit qui exaudiat eum* (neque  
 enim misericordiam Dei, mereri  
 misericors ei non fuerit; aut impetral  
 pietate aliquid in precibus, qui ad pre-  
 non fuerit humanus. Quod iterum in  
 tus sanctus declarat et probat, dicit  
*qui intelligit super egenum et pauperem,  
 liberabit eum Dominus* (Psal. LXX). Et  
 tale dedisse consilium Nabuchodonosor  
 rex, *placeat tibi consilium meum, et pec-  
 mosynis redime, et injustitias tuas non  
 pauperum: et erit Dominus pater in  
 (Dan IV). Illic si peccata sua elemosyna*

in  
 n  
 non  
 in  
 in  
 si  
 ter  
 re  
 a  
 orationis  
 nobis  
 at, qui  
 inque  
 deprecant  
 lit enim  
 in omni  
 deprecant  
 Ambrosius  
 Domini  
 fratrem  
 non deficiat  
 Semper  
 Quis  
 intermissione  
 sumendi  
 credendum  
 ei qui  
 vult  
 Domini  
 et  
 omni  
 dicit  
 bellis  
 vult  
 vult

104

nolnisset, utique nec evadere mala quæ perpessus est potuisset. Deo enim elemosynis pauperum feneratur; et cum datur minimis, Christo datur. Ipse enim in iudicio suo dicturus est: *Eaurivi, et dedistis mihi manducare; sitiivi, et dedistis mihi potum; nudus fui, et vestistis me, etc.* Et, quod fecisti uni de minimis fratribus meis, mihi fecistis. Et tunc audiant vocem illam beatam: *Venite, benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum ab origine mundi (Math. xxv)*. Beatus vero Tobias, filium monens ut elemosynas faceret, ait inter alia: *Ex substantia tua, fac elemosynam, fili mi, et noli avertere faciem tuam ab illo paupere; ita enim fiet ut nec a te avertatur facies Domini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam elemosyna ab omni peccato et a morte liberat, et non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo elemosyna omnibus facientibus eam (Tob. iv)*. Misericordia vero a compatiendo alienæ miseriæ vocabulum sortita est: ista porro bonorum operum exercitia melius, imo instantius flunt a nobis cum ex recordatione peccati compungimur, et compungendo peccata confitemur, sicque ad remedia pœnitentiæ confugimus. Bonum est homini semper ante oculos propria adhibere delicta, secundum Psalmi sententiam: *Et peccatum meum contra me est semper (Psalm. L)*. Servo Dei tanta debet esse peccati recordatio, ut ea quæ gessit semper cum lacrymis confiteatur; unde et Psalmus dicit: *Conversus sum in ærumna dum configitur spiritus: peccatum meum cognitum tibi feci, et dixi: Pronuntiabo adversum me in iustitias meas Domine, et tu remisisti impietatem peccati mei (Psalm. xxxi)*. Salomon ait: *Qui abscondit scelera sua, non dirigitur; qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur (Prov. xxviii)*. Hinc beatus Job: *Quapropter et ego non parcavi mihi (Job. vii)*. Ori parcat suo qui confiteri malum quod fecit erubescit. Sed justus ori suo non parcat quia nimirum iram iudicis districtam præveniens, verbis contra se propriæ confessionis non parcat: hinc Psalmista ait: *Præveniamus faciem ejus in confessione (Psalm. xciv)*. Hinc scriptum est: *Dic tu iniquitates tuas, ut justificeris (Isa. xliiii)*; ex eo enim unusquisque justus esse incipit ex quo sui accusator extiterit. Confessio enim pœnitentiam monstrat, pœnitentia satisfactionem ostendit, satisfactio veniam sibi divina pietate conciliat: nec enim poterit indulgentia tribui, nisi in Dei possit confessione placari. O veneranda pietas Dei! Peccavimus et parcat! deliquimus et ignoscit! offendimus et adhuc placatus existit! Unde, qualis erga justos sit demonstrat, dum talem se erga peccatores ostendit; nec peccator jam poterit excusari qui confessionem, per quam venia nascitur, non properavit amplecti, ne posset reus gemino crimine detineri: dum primo legem contempsit, ut delinqueret, et confessionis remedia amplecti noluit, ut periret. Ergo quisquis peccator ea remedia neglexisti post

A peccatum, et qui peccando divina contempsisti præcepta, confessio afferat salutem, cui contemptus accelerat mortem.

Confiteantur singuli, quæso vos, fratres, delictum suum, dum adhuc qui deliquit in sæculo est, dum admitti confessio ejus potest: illi se anima prosternat, illi mens tota satisfaciatur, illi spes omnis incumbat. Rogare generaliter debemus, dicit ipse: *Revertimini, inquit, ad me in toto corde vestro, si nati in iunio, fletu et planctu*. Duo sunt namque genera compunctionis quibus semetipsos Domino in arca cordis immolant fideles; nimirum si Dominum sitiens anima prius timore compungitur, vel postea amore. Prius sese in lacrymis afficit, quia dum peccatorum suorum recordatur, pro his perpeti supplicia æterna B pertimescit; at dum longa mortis anxietate fuerit formido consumpta, quædam jam de præsumptione veniæ securitas nascitur, et in amorem celestium gaudiorum animus inflammatur: et qui prius flebat ne duceretur ad supplicium, postmodum flere amarissime incipit, quia differtur a regno. Contemplatur etenim mens qui sint illi angelorum chori, quæ ipsa societas beatorum spirituum, quæ majestas æternæ visionis Dei, et amplius plangit quia bonis perennis deest quam flebat prius cum mala æterna tuebatur. Utramque autem nostræ compunctionis hostiam gratanter accipere dignetur Christus, qui et pro peccato lugentibus atque afflictis clementer errata dimittit, et pro ingressu vitæ celestis tota mentis intentione ferventes, æterna suæ visionis luce reicit C Jesus Christus Dominus noster. Ad vos præterea nunc spiritualis noster sermo transfertur, quos sub pœnitentis habitu constitutos, facie squalida et crine demisso peccamina vestra planxisset, et vitia carnis in vobis mortificasset, quantum homini videns possibile est, consideramus. Ante omnia autem vobis scire necesse est quia, licet impositionem manuum nostrarum accipere cupiatis, tamen absolutionem peccatorum vestrorum consequi non potestis atquequam per compunctionis gratiam divina pietas vos absolvere dignabitur: tunc enim, ut beatus dicit Gregorius, vera est absolutio præsentis, cum interni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quadruidani mortui resuscitatio illa significat quæ videlicet demonstrat quia prius mortuum vocavit Dominus D et vivificavit, dicens: *Lazare, veni foras (Joh. xi)*: et postmodum is qui vivens egressus fuerat, a discipulis est solutus, sicut scriptum est: *Cumque egressus esset qui ligatus fuerat in istis, tunc dixit discipulis: Solvite eum, et sinite abire (Ibid.)*. Ecce illum jam viventem discipuli solvant quem Magister resuscitaverat mortuum! si enim discipuli Lazaram mortuum solverent, fetorem magis ostenderent quam virtutem. Ex qua consideratione intueendum est quod nos debemus per pastorem auctoritatem eos solvere quos agnoscimus auctorem nostrum per suscitantem gratiam vivificasse: quæ nimirum vivificatio, ante operationem rectitudinis, in ipsa jam cognoscitur confessione peccati. Unde et huic ipsi mortuo Lazaro nequaquam dicitur, Revivisce, sed

is : Omnis quippe peccator intra conscientiam condit se, introrsus latet, in suis penetrantur, sed mortuus venit foras, dum peccatias suas sponte confitetur. Lazaro ergo *veni foras*, ac si aperte cuilibet mortuo in ceretur : Cur reatum tuum intra conscientiam condidisti foras jam per confessionem egressus apud te interius per negationem latet. Venne jam foras mortuus, id est, culpam et peccator, venientem vero foras solvant, ut pastores Ecclesiae poenam amoveant ruit, quia non erubuit confiteri quod fecit. fratres charissimi, de perpetratis malis Deo tris, indeque erubescitis; et non ulterius irata mala animo redire deliberatis, ostendite primum vestra ad Dominum conversionis et nis, ut simul cum angelis quibus *est gaudium super uno peccatore poenitentium agente*, de vestro reditu gaudere possimus.

*in a poenitentibus signum suae ad Dominum ionis, idque in ulum clavis dexteris, ut ante octava rursus sic dicere orsus est episcopus.)*

balano et semper misericordissimo omnes me referamus gratias, qui dixit : *Nolo mortis, sed ut convertatur et vivat (I. a. vi)*, non solum vestram poenitentiam, sed et diuinitiae fructus in vobis aspiciamus. Ait ergo *ves* Baptista et Domini nostri Jesu Christi *r* ad turbas : *Facite dignos fructus poenitentiae (Math. iii, Luc. iii)*; quibus verbis notum amicus Sponsi, non solum fructus poenitentiae fructus admonet esse falsum aliud namque est fructum facere, aliud diuinitatem agere. Ut enim secundum dignos fructus loquamur, sciendum est quia illicita nulla commisit, huic jure conceditur utatur, sicque pietatis opera faciat, ut tanoluerit, ea quae mundi sunt non relinquat; lam quippe agere et perpetrata mala planlangenda non perpetrare, si duplicem videtum, debet habere in poenitentia omnis, sive quia malum per audaciam perpetravit.

poenitentiam digne agit qui reatum suum one legitima planxit, condemnando scilicet ido quae gessit. Omnipotens quippe Deus nem quae it, fletibus flectitur, lugentes latitudinibus praesto est. Magnus profectus est um : plorando servus propitiatur Domino, ymis mitigat patrem, et asperam matrem uleat parvulus : ita ergo et peccator proibus removet iram Dei. Petrus namque trationem lacrymis diluit; scriptum est enim : *datus Petrus, flevit amare (Math. xxvi, iv, Luc. xxii)*; dicit vero David : *Venite, et ploremus coram Domino qui fecit nos (Psal. xl.)*. Et iterum : *Fuerunt mihi lacrymae es die ac nocte (Psal. xl.)*. Et : *Potum um fletu miscebant, stratum meum per sintes lacrymis rigabo (Psal. ci)*. Et ite-

rum : *Deus, vitam meam annuntiavi tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo (Psal. lv)*. Oportet igitur nos salutem nostram lugere perditam, atque animam nostram mortuam lamentari, ut cum de hoc saeculo abstracti fuerimus, ad vitam mereamur pervenire perpetuam, quam non aliter consequemur nisi perseverantia boni operis. Virtus etenim boni operis perseverantia est, et voce Veritatis dicitur : *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (Math. x, et xxiv)*. Lucassum quippe bonum agitur si ante terminum vitae deseratur; et haec praecocepto legis (*Exod. xxix, et Levit. iii*) cauda hostiae in sacrificio jubebatur offerri : in cauda quippe finis est corporis, et ille bene immolat, qui sacrificium boni operis usque ad finem debitum perducit actionis. Hinc Joseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse describitur (*Gen. xxxvii*) : tunica quippe usque ad talum est opus bonum usque ad consummationem; et tunc placet Domino nostra conversatio, quando bonum quod inchoamus perseveranti fine complimus. Bonum ergo non coepisse, sed perfecisse virtus est; nam non inchoantibus praemia promittuntur, sed perseverantibus dantur. Semper in vita hominis finis quaerendus est, quia Deus non respicit quales antea fuerimus, sed quales circa vitae finem erimus : unumquemque enim Deus de suo fine non de vita judicat. Persistamus igitur, charissimi, omni cum intentione divinis in obsecrationibus, ut ea quae sibi placita sunt faciat nobis cum sua benedictione inchoare, et usque ad perseverantiam bona perducere consummatione; quia  $\alpha$  et  $\omega$ , principium et finis (*Apoc. i*), Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre regnat Deus in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XII.

IN DIE CORNE DOMINI.

*De vera charitate ad populum.*

Fratres dilectissimi, quia veraciter in conscientia mea dicere non valeo hoc quod beatus Gregorius Romanae urbis pontifex, doctrina omnique bonitate redundans, dixisse legitur ad populum. Saepe vos admoneo, charissimi, prava opera fuge e, mundi hujus inquinamenta devitare, etc., valde doleo ac mœrore languesco. Cum etiam illud ad memoriam reduco quod Dominus per Ezechielem prophetam torpentibus ac negligentibus comminatur sacerdotibus : Si, inquit, *non annuntiaveris iniquitates suas, sanguinem ejus de manu tua requiram (Ezech. iii)*; et me pigrum ac desidem ad hoc opus esse recognosco, totis visceribus contabesco. Dum enim timco de me, et dum formido de animabus mihi commissis, duplici timore ac dolore consumo. Et ideo cum Psalmista clamo : *Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea (Psal. xxxvii)*. Quocirca, etsi non abundantes rivos, certe vel qualescunque guttas poterimus animabus vestris infundere; procurabimus ut fructifera nostri cordis terra, accepto verbi Dei semine, germinet honorum operam messem, ut veniens Dominus copiosum in vobis

invenire gaudeat fructum. Nunc quoque multis sæculi occupationibus præpediti, brevi sermone, sed vestræ salutis alioqui accommodato vti decrevimus. Quæ ergo sit illa brevis Apostolus insinuat dicens: *Finis præcepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta (I Tim. 1)*. Ista, breviter attestante B. Augustino, et ut teneatur memoriter, est suavis; et ut custodiatur fideliter, dulcis. Hanc qui nescit quærat, ut quærendo inveniat. Pulset ad ostium amici, et petat panem: ostium amici allegorice divini intelligentia sermonis est. Pax intelligenti, charitas, propter majorem appetitum necessitatis. Nam sicut sine pane aliis cibis omnibus appostis mensa inops esse videtur, sic sine charitate cæteræ virtutes quasi nihil esse probantur. Hanc qui invenit, gustet quam suavis est; hortante Propheta: *Gustate et videte quoniam suavis est Dominus (Psal. xxxiii)*. Hanc qui habere possunt in Deo manent, et Dominus in illis, quoniam Deus charitas est. Et vos, fratres, si divites esse cupitis, veras divitias amate, quia ille vere dives est, in quo Deus habitare dignatur. Si dulcedinem æternæ suavitatis gustare vultis, veram charitatem tenete, non illam quæ tantum promittitur ore et non servatur in corde, sed illam quæ sic ex ore profertur, ut tamen in corde teneatur, Joanne apostolo monente: *Filioli, non diligamus verbo neque lingua, sed opere et veritate (I Joan. 11)*. Licet ergo, fratres, admonitione salutari omnes egeamus, et omnibus in commune proficiat, illis tamen magis est necessaria qui majoribus capitalium criminum vinculis alligati esse noscuntur, et qui diabolicis sponte se tradiderunt illecebris, a quibus non valent se per se exerere, nisi valida manus misericordiæ Dei eos eripuerit. Et quoniam medicorum vices, nos episcopi, quamvis indigni, tenere videmur, ut male habentibus remedia consolationis adhibeamus: convertam me ad illos qui antidoto reconciliationis et renovationis indigent, quia renovari possit sicut aquilæ juvenis eorum (Psal. cii), ipso adjuvante qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA XIII.

IN DIE COENÆ DOMINI.

*De filio prodigo, ad pœnitentes.*

Audistis sæpe, fratres, Apostolum dicentem quod *Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum (I Tim. 1)*; unde gaudendum est generaliter, et nobis et vobis. Quocirca nolite desperare, nolite metuere, nolite diffidere. Non legimus Dominum manducasse cum principibus et potentibus sæculi; sed cum peccatoribus et publicanis; venérat enim *quærere et salvum facere quod perierat (Luc. 11)*. Et propterea parabolam de duobus cujusdam filiis, quam ipse discipulis suis et turbis Judæorum insinuare dignatus est, quia vos audire congruit, et ad vos pertinere dignoscitur, breviter perstringemus. *Homo quidam habuit duos filios, et dixit adolescentior ex utroque patri: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit (Luc. xv)*; et divisit illis

A substantiam: pars substantiæ quæ minorem filium contingit, ipse sensus in homine rationalis est, quem minor filius, per quem vos intelligi potestis, expetit a patre, cum homo sua potestate delectatus, per liberum arbitrium sese regere atque a dominio sui conditoris quæsitur eximere. Et non post multos dies, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose. Longe profectus est, non locum mutando, sed animum: quanto enim quisque plus in pravo opere delinquit, tanto a Deo longius recedit. Et postquam omnia consumpsisset, facta est fames valida in regione illa; omnia quæ dissipavit, ornamenta naturæ quæ consumpsit significat. Quæ ornamenta, quasi exponit Psalmista ubi dicit: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus et similis factus est illis (Psal. xliiii)*. Et ipse cepit egere, et adhæsit uni civium regionis illius (Joan. xv); unus civium regionis illius cui egens adhæsit, ille est qui princeps mundi a Domino vocatur, hoc est diabolus. *Et misit illum in villam suam, ut pasceret porcos; in villam missi est substantiæ mundialis cupiditate subjugari: porcos pascere est ejus opera, id est peccata, operari, quibus immundus spiritus gaudeat. In se autem reversus dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame perego; surgam et ibo ad patrem meum et dicam ei: Pater, peccavi in cælum et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Vox ista vox vestra debet esse, quos diabolus misit ad villam pascere porcos. Et propterea, postquam lapsi fuistis in barathrum capitalium criminum, non fastidistis ausi aspirare ut vocaremini filii Patris; sed mercenarii locum hactenus quæsistis. At si vos viderit Pater cor habere contritum, et deinceps dilexeritis inimicos, et benefeceritis odientibus vos, pro calumniantibus oraveritis, elemosynam pauperibus secundum possibilitatem vestram porrexeritis, egenos in domibus vestris receperitis, faciet de vobis sicut de filio prodigo fecisse subsequenter legitur. *Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ejus, et misericordia motus est, et occurrens cecidit super collum ejus, et osculatus est eum. Et post pauca fratri illius majori ait: Epulari et gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus fuerat et revixit, perierat et inventus est. Si ergo vos veraciter ac puriter confessi estis et conversi de vana vestra conversatione, et veterem hominem exueritis cum actibus suis; eumque qui secundum Dominum creatus est, in justitia et sanctitate inducere volueritis, tunc nos epulari et gaudere oportet ob fratrem nostrum qui mortuus fuerat et reviviscit, qui perierat et inventus est. Videat ergo ut gravia facinora, quæ fallente diabolo commisit, cum gemitibus et suspiriis, quandiu vixeritis, lugeatis: et quomodo non deerunt vobis quotidiana peccatorum minorum vulnera, sic nunquam desint elemosynarum et orationum remedia. Diem mortis semper præ oculis habete, quia mors venire non tardat, et qui usque hodie in publica**



dia cilicio induti fuistis, induite deinceps somniam, abstinentiam, temperantiam; et cum in aut alienum convivium veneritis, potius redera et legumina quam epularum superflua, ebrietatem aut gulam inimicus vester invisibilem locum in vobis habere valeat. Et ne fiant novissima vestra pejora prioribus, hoc monemus ut semper timorem et formidinem in oculos habeatis. Et talis sit timor ut des, et se intermiscet, quia Dominus paratus est recipere peccatores ad poenitentiam converti. Ad hanc autem promissionem, id est, ne is de clementia Dei, confirmandam, referam, quod beatus Gregorius in quadam homilia ait de quodam, qui in monasterio suo ad conventum venit, dicens: Præsenti anno in monasterio, quod juxta beatorum martyrum Joannis ecclesiam positum est frater quidam ad conventum venit, et devote susceptus est, sed ipse conversatus est quidem, sed hunc ad monasterium frater suus corpore non corde secutus est. De conversionis vitam et habitum detestatus, monasterio ut hospes habitabat, et monachorum glens moribus, recedere a monasterii habitum poterat, quia vel quid ageret vel unde vivere habebat. Erat ejus pravitas cunctis onerosa, et omnes æquanimitè pro fratris ejus amore amant. Nam superbus et lubricus, quæ prius cum alium sequeretur, vitia nesciebat: irridebat quos reprehendere voluisset. Itaque cum humiliter vivebat in monasterio, verbis levis, motabilis, mente timidus, veste incompositus, dissipatus: mense autem Julio nuper elapso, amantem nostis pestilentia: clade percussus est. Qui morbum veniens urgeri cœpit ut animam redemptissima jam corporis parte præmortua, vitiatæ sola peccatori lingua reinanserat. Fratres ejusque exitum, in quantum Deo largiente, oratione juvabant. At ille subito draconem conspiciens, magnis quippe vocibus clamare coepit: Ecce draconi ad devorandum datus propter vestram præsentiam devorare non potest mihi moras facitis? date locum ut ei devollet. Cumque hic, fratres, ut signum sanctis imprimeret, admonerent, respondebat virum poterat, dicens: Volo me signare, sed non quia dracone premor: spuma oris ejus faciem linivit, guttur meum ore ejus suffocatur, et brachia mea comprimuntur, quia jam et os meum in suo ore absorbit. Cumque hoc ille tremens et moriens diceret, cœperunt fratres alius orationibus insistere et ab oppressione presentis suis precibus adjuvare; cum reberatus cœpit magnis vocibus clamare de Deo gratias, ecce discessit; ecce exiit, ante vestras fugit draco qui me acceperat. Mox recitatum se Dominum, et esse monachum; atque a tempore illo, nunc febribus premic doloribus fatigatur. Morti quidem subtra-

ctus est, sed adhuc plenius vite restitutus non est. Vos etiam, fratres, post exhortationem quam habuimus ad poenitentes, mecum admoneo ut unusquisque nostrum recurat ad conscientia: suæ secreta, et interroget semetipsum qualiter per totum annum, maxime his sacris diebus, conversatus est; et si invenerit in corde suo spinas et tribulos delictorum, studeat auxiliante Deo quantocius evellere, et evellendo eradicare; hisque eradicatis fodiat vomere salutari, ac stercora, id est bona opera, immittat ut possit facere fructum: et, si vel hodie pariter confessus ac devote conversus fuerit, ut valeat dignus interesse solemnitati præsentis diei, quæ, quia in eo Dominus cum apostolis suis cœnavit, Cœna vocatur, videat summopere ut sacramenta corporis et sanguinis Domini digne recipere queat, quatenus potius salutem quam damnationem sibi acquirat. Lavet prius lacrymis pedes cordis, et postea pedes pauperis, quia peccatorum vita jam indigna esse non potest, quæ stertibus lavatur: faciat elemosynam secundum posse suum, scriptum est enim: *Ignem ardentem exstinguit aqua, et elemosyna resistit peccatis (Eccl. xxxix)*. Hinc iterum dicitur: *Conclude elemosynam in sinu pauperis, et hæc pro te exorabit (Ibid.)*. Non ergo abhorreamus poenitentes istos propter magnitudinem scelerum suorum, quia potest fieri quod multi sint inter nos qui pejora commiserint; et quamvis in ejusmodi facinora dilapsi sint, hi tales quamvis se esse existimant, illos tamen feliciores dicere non dubitamus qui in sæculo a Domino flagellantur: *Quos enim amat, arguit et castigat, flagellatque omnem filium quem recipit (Hebr. xii)*. Sed quantum de istis gaudendum, tantum de illis lugendum qui neque ad confitenda peccata, neque ad poenitentiam agenda converti dignantur, et minime ob hoc a Domino flagellantur. Reservantur, pro dolor! ad supplicium futurum. De quibus Psalmista: *In labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia (Psal. lxxii)*. Qui ergo in hac quadragesimali dierum observatione dedimus decimas possessionum nostrarum, debuimus dare et decimas corporum nostrorum: nam sicut multos vestrum scire non ambigimus, et sicut a Patribus traditum est, hi dies decimæ sunt totius anni. Annus quippe in trecentos sexaginta sex dies volvitur, de quadragenario ergo numero tolle sex Dominicos dies, remanent triginta sex. In abstinentia in istis diebus præveniamus faciem Dei in confessione et in psalmis jubilemus ei. Consideremus quam terribilis iudex ad judicandum veniat: prope est enim tempus illud, clamante hoc Joanne apostolo: *Charissimi, nunc novissima hora est (I Joan. ii)*. Consideremus iudicium illud quam districtum, quam severum, quamque sit metuendum; in quo non solum sancti Dei, sed et angeli formidabunt juxta illud beati Job: *Columnæ cæli contremiscunt et pavent ad nutum ejus (Job. xxvi)*; et Dominus in Evangelio: *Nam virtutes cælorum movebuntur (Luc. xxi)*: movebuntur, id est, timebunt et expavescent. Quid et sub alio sensu potest intel-

ligi, movebuntur, id est, ad vindictam excitabuntur, A nobis tres panes, hoc est infunde cordibus nostris, quia iudicium illud per angelos Dominus exercebit, fidem, spem et charitatem, cognitionem scilicet atque et tunc videbunt Filium hominis venientem cum potestate magna et majestate (Math. xxv). Postulemus ergo singuli, postulemus omnes, ut non tunc inveniat in nobis quod damnet, sed potius quod remuneret Jesus Christus, Dominus noster, qui vivit et regnat cum Deo Patre et Spiritu sancto per infinita sæculorum sæcula. Amen.

## HOMILIA XIV.

Debitorem, fratres, me esse fateor pro obsequii vestri ministerio, ut cum præveniente nos et comitante Dei gratiæ dono, et suggerente ori nostro sercula, sic vestris auribus exhortationis nostræ insonet sermo, quamvis illo vestris animabus salutaris paretur cibi refectio. Sed quid agam? quo me veritam? unde mentes vestras reficiam? Qui paupertate et tarditate eloqui coangustor, qui in terra deserta, et in via, et in aquosa conversor (Psal. lxxii), qui caligine ignorantie et diversarum tenebris contrarietatum veluti profunda nocte circumfundor. Unde sufficientes tot fratribus et amicis copias erogabo, qui unum saltem amicum, id est animum meum, qui per lata hujus sæculi evagatus et magna defectione laxatus, tandem ad me revertitur, cum non habeam unde vos sustentare valeam, ex me reperire nequeo. Sed inter has pectoris angustias, fratres mei, est vobis fortissimum atque firmissimum certi refugii solatium illud Davidici dicti et facti exemplum: *Ad Dominum, inquit, cum tribularet clamavi, et exaudivit me (Psal. cxix)*; itemque, *In tribulatione invocavi Dominum, et exaudivit me in latitudinibus (Psal. cxvii)*. Non igitur in quacunque difficultate positi, aliqua (quod absit) desperatione frangamur: sed in quo nos succumbere cernimus, devotis orationibus et instantissimis precibus ejus auxilium flagitemus sine quo nihil boni facere valeamus, ipso dicente, *Sine me nihil potestis facere (Joan. xv)*. Nec ambigendum nobis de effectu precis nostræ, si juxta admonitionem evangelicæ (Luc. xi) parabole surgentes media nocte, ostium amici nostri orando pulsemus assidue, et omnibus momentis non solum diebus, sed etiam noctibus perseverantes in supplicandi intentione, compellentes eum amicaliter, qui solus faciendo in nos misericordiam, proximum se nobis et amicum dignatus est ostendere. Nam quis nobis amicitior illo qui pro nobis seipsum voluit in mortem tradere? ipse ergo tantus amicus hortatur iubeatque nos petere quod desiderat dare, et impetrandi dat securitatem, non tantum pro familiaritate, sed etiam pro importunitate, dicens: *Petite et accipietis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis (Luc. xi)*. Hac ergo accepta fiducia ab eo, ne vobis mortalitatis hujus anfractu graviter fatigatis desit panis refectionis qui confirmat cor hominis, excitemus nos quantocius a somno corporis. *Hora est enim, ait Apostolus, jam de somno surgere (Rom. xiii)*. Accedamus ad hunc nostrum amicum cum fide et piæ appetitionis reverentia, et pulsemus opportune importune, dicentes: Amice, resera nobis ostium, id est, intelligentiam tui divini sermonis. Commoda

hoc est infunde cordibus nostris, amorem sanctæ Trinitatis, ne miserabili pereamus fame, remoto subsidio alimonie spiritualis. Si ergo in his precibus instanter perseverantes fuerimus, procul dubio postulata accipiemus, quia in nomine ejus poscimus qui fidelis est et non mentitur, dicens: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis (Joan. xv)*. Dei igitur largissima bonitate confisi qui potens est omnem gratiam facere in nobis et in vobis abundare et dare superabundanter (II Cor. ix), quam petimus aut intelligimus, os cordis ad Dominum aperiamus, ut ejus gratiæ spiritum attrahamus; os corporis vobis reseramus, ut in nomine Domini loquamur quidquid ejusdem spiritus munere percipimus, illius apostolicæ sententiæ memores in omnibus: *Omnia quæcumque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri facite (Col. iii)*. Vos autem, fratres, intenta aure quæ dicuntur accipite. Dominus et Redemptor noster vetus Pascha cum suis hodie discipulis consummans, et novum quod illo figuratur initiatis; quam nimis nos diligit charitate, quantumque nostræ congaudeat saluti inter agendum aperit cum ait: *Desiderio desiderari hoc Pascha manducare voliscum antequam pasciar (Luc. xxii)*. Unde et Joannes evangelista quod hæc vis dilectionis usque ad mortem illum perduxerit, et quod illud Pascha (quod transitus interpretatur) mystice signaverit, sicut audivit modo fraternitas vestra, eleganti satis sententia expressit dicens: *Ante diem festum Paschæ sciens Jesus quia venit ejus hora et transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos (Joan. xiii)*. Quod est, in finem dilexit eos, nisi quod in tantum eos dilexit, ut seipsum pro eis traderet et præsentem vitam finiret, sicque suo Paschate, id est transitu ex hoc mundo ad Patrem, nos de vitis ad virtutem, de terrenis ad cœlestia, de caducis ad æterna transire doceret? Sed scire vos oportet qualiter vetus institutio Pascha celebrari præcipiatur, ut quantum vestre salutis mysterium in hac adumbratum fuerit celebritate unusquisque vestrum recognoscat. Legitur in Exodo (Cap. xii), sicut auditori estis crastino, illis Israel per Moysen præcipiente Domino, ut decima die mensis primi tollerent unusquisque agnū anniculum et sine macula, per familias et domos suas, et servaret eum usque ad quartum decimum diem ejusdem mensis, immolaretque eum universis Israel ad vespertinam, et carnes ejus comederent nocte illa as-as igni cum azymis panibus et lactucis agrestibus, etc. Quæ cuncta in vero Dei Agno Jesu Christo adimpleta, et suo nostroque Paschæ sunt coaptanda, ut quod tunc agebatur figurate, nunc fiat in veritate. Agnus denique ille, ut diximus, Christus est, qui decima die primi mensis Hebræorum, qui apud illos Nisan, apud nos Martius vocatur, Hierosolymam passurus venit, sedens asino, exceptus a turbis cum magno sanctæ laudationis tripudio (Math. xxi). Quod nos, etsi non condigne, debitis tamen tantum votis, die celebravimus Dominico; notandum sane quod dicitur, *tollat unus-*

quisque agnum. Dum enim dicit unusquisque, neminem nostrum ab hac mystici Paschæ festiuitate vult exceptum haberi, sed omnes nos eandem summa cum deuotione celebrare. Simus ergo omnes ut decet parati ad esum tanti Agni : de quo aperte sequitur quod masculus flet, anniculus et absque macula. Masculus quippe agnus dicitur, quia in Christo nulla peccati mollities fuit, sed omnia in virtute spiritus, tam doctrina quam opere, exercuit. Idem quoque anniculus, hoc est perfectæ ætatis existit, quia cum esset triginta trium annorum, suam passionem explevit, vere sine macula alicujus vitii. Non enim sicut nos in iniquitatibus conceptus et natus est; et neque peccatum fecit, nec inventus est dolus in ore ejus (I Petr. II). Illic servatus est usque ad diem 14 mensis, quod, ut præliximus, die 10 se in loco passionis præsentavit docens quotidie in templo; et quoniam nondum venerat hora ejus, nemo in eum misit manus (Joan. VIII), usquequo ipse voluit: qui potestatem ponendi et sumendi animam suam habuit (Joan. VII), usque ad 14 scilicet diem, hoc est hodierna die ad vesperam, quando, peracta sacrosancta cœna et lavatione pedum discipulorum suorum, a miserrimo miseria (sic), sed a non miserabili Juda traditus et a ministris comprehensus in crastinum est crucifixus. Ad vesperam autem agnus immolari præcipitur, quod in hac novissima seculi ætate, jam vesperscente mundo, pro nobis Christus occiditur; hujus agni nostri carnes assas edere debemus, ut nihil de eo carnale sentiamus, sed Spiritus sancti operatione enim incarnatura verum in maiestate Deum, verumque in humanitate hominem, vere pro nobis propria voluntate mortuum, vere propria potestate resuscitatum, credamus. Sive etiam sic istius Agni carnes assas comedamus, ut percepturi sacramenta corporis ejus, ab omni fluxu concupiscentiæ carnalis nos emundemus; et totos nos virtutibus et igne sancti Spiritus robaremus. Edendæ sunt quoque carnes istæ, cum azymis panibus et lactuicis agrestibus. Azyma dicimus absque fermento, fermentum vero malitia designat et dolium. Absque fermento igitur agnum comedimus, si sacram eucharistiam sine malitia, dolo et simulatione, in sinceritate bonæ vitæ percepimus. Lactuca quoque agrestis valde amara est, et in viris luxuriam reprimit. Significat autem hoc ut quando ad corpus Christi (qui et verus Agnus est) sumendum accedimus, quamvis de redemptione lætemur, amaritudinem tamen ex recordatione peccatorum habeamus, ut dulcescat ex venia quod amarecit ex penitentia; simulque refrenata luxuria seruetur corporis et cordis munditia, ne forte (quod absit) incurrat aliquis illud damnationis periculum quod modo nobis ex Apostoli dictis est ostensum. Qui manducat, inquit, et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini (I Cor. XI). Unde adhuc in ipsa lege, post pauca subiungitur: *Renes vestros accingetis, calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, et comedetis festinantes.* Et nos, charissimi, Agnum nostrum comessuri, renes nostros aecingamus, id est, delectationes noxias et carnalium desi-

deriorum fluxa restringamus. Calceamenta in pedibus habeamus, id est, operum nostrorum grossas exemplis sanctorum Patrum muniamus. Nam sicut calceamentis, quæ ex mortuis sunt animalibus, pedes corporis circumdamus, sic sanctorum Patrum qui jam decesserunt exemplis sensus animæ et actuum nostrorum pedes circumdare debemus, ne fetido terrenæ pravitatis luto deturpentur. Et baculos necesse est in manibus teneamus, ut in cunctis quæ agimus timorem Dei vivum præ oculis habentes, secundum ipsum opera nostra dirigi postulemus, cum Psalmista dicentes: *Respire, Domine, in servos tuos, et cetera, usque dirige* (Psal. cxviii), ut iterum cum eodem dicere possimus: *Virga tua et baculus tuus ipsa nos consolata sunt* (Psal. cxii). Nec prætereundum est negligenter quod dicitur, *comedetis festinantes*; festinantes namque Pascha comedimus cum nos hic non habere certam mansionem recolentes, quotidie de festinanti et jamjamque imminente fine suscipimur, assidue meditantibus quoniam incolæ super terram et peregrini sumus; ut enim ait Apostolus: *Non hic permanentem habemus civitatem, sed futuram inquirimus* (Hebr. xiii). Si sic, fratres, nos præparare studuerimus, tunc digne Phase sive Pascha, id est transitum, Domini celebravimus; et cum pura conscientia, securi ac latti de redemptione nostra, carnes Agni, id est corpus Christi, non ad iudicium, sed ad salutem animæ et corporis, et ad percipiendam cum ipso sempiternam gloriam, percipimus; quod ipse præstare dignetur. Amen.

## HOMILIA XV.

Fratres, sicut audistis post evangelicam lectionem, admonitus venio ad oves quæ erraverunt de grege mihi commisso: et non solum erraverant, sed etiam quodammodo perierant. Oportet itaque nos per impositionem manus et per gratiam sancti Spiritus eas a morbo suæ putredinis spirituali medicamine eripere, et sic ad præsepium ovilis reducere, et, si necesse est, propriis humeris reportare, de quo diabolo furenter sublata fuerant. Nunc ergo sermo exhortationis, pro debito pastoralis regiminis mihi ad vos inchoandus, et ad illos consummandus est. Sed quoniam in agro cordis mei fertilitatem docendi metere non valeo, viscerali dolore ingemisco; et ideo quod tacere non audeo, clamans et dolens ad Dominum dico, *ut aperiat labia mea, et os meum annuntiabit laudem ejus* (Psal. L). Quapropter precum vestrarum devotionem exoptulo, et quoniam inter vos plures justos esse non ambigo, illud Jacobi apostoli impleri non diffido, *Multum valet deprecatio justis assidue Ecclesiæ* (Jac. v), quæ quinta feria dierum Cœna Domini, ex antiqua Patrum consuetudine, nuncupatur, eo quod Dominus in hac nocte cum apostolis suis cœnauerit, complens Veteris Testamenti Pascha, tradensque eis mysteria corporis ac sanguinis sui. De cujus cœnæ observatione redarguit Apostolus Corinthios, dicens: *Convenientibus vobis in unum, jam non est dominicam cœnam manducare* (I Cor. xi): id est, non est vobis licitum dominicam cœnam taliter manducare qualiter vos manducatis. Unusquisque enim

suam cenam præsunt ad manducandum; et alius quidam esurit, ille scilicet qui paupertate premitur: alius autem, id est, dives quilibet sane præpotens, ebrius est (*Ibid.*). Hæc ideo dicit quia Corinthii, qui per prædicationem ejus ad fidem venerant, solebant in hac die deferre ad ecclesiam panem et vinum, et dabant sacerdoti ad consecrandum, expletisque mysteriis unusquisque quod dederat recipiebat. Sed et quidam illorum in foribus templi præparabant sibi convivis, in conspectu pauperum, nihilque horum eis exspectantibus erogabant; unde notat eos, dicens quod *alius esurit, et alius ebrius est*. Et idcirco subjungit: *Nunquid domos habetis ad manducandum et bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis?* id est, pro nihilo ducitis: *et confunditis eos*, hoc est, verecundari facitis quod non habent? *Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo*, videlicet quod sic inordinate et sine charitate comeditis. *Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis, quia Dominus Jesus in qua nocte tradebatur accepit panem, et dixit: Hoc est corpus meum, quod vobis traditur* (*Ibid.*). Scitote, fratres dilectissimi, veraciter, ac credite firmiter, quod sicut caro Christi quam assumpsit in utero Virginis, verum corpus ejus est et pro nostra salute occisum; ita panis quem tradidit discipulis suis, et quem quotidie consecrant sacerdotes in ecclesia, verum corpus est Christi. Nec sunt duo corpora caro quam assumpsit et iste panis, sed tantum unum corpus: in tantum quod dum ille frangitur et comeditur, Christus immolatur et editur, et tamen unus et integer permanet. Certe Redemptor noster, consulens nostræ fragilitati, tradidit nobis hoc sacramentum, ut quia ipse jam non potest mori, et nos quotidie peccamus, habeamus verum sacrificium quo possimus expiari a peccatis nostris. Quocirca cum timore et compunctione mentis, omnique reverentia, debemus accedere ad altare et ad mensam corporis et sanguinis Domini, et dicere humiliter cum centurione: *Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum* (*Matth. viii*). Interim autem dum cogito, dumque in corde meo requiro quibus verbis vos moneam fugere a ventura ira, nulla præstantiora visa sunt quam ea quibus Dominus in initio suæ prædicationis omnibus persuadere contendit dicens: *Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum* (*Matth. iv*). Quicumque ergo vestrum his quadragenam dierum observationibus pœnitentiam et confessionis suæ debitum se exercuisse recolit, agat Domino gratias, et quidquid templum Dei violando in se destruxerit, non desperet, sed cito de malo iniquitatis suæ consurgat. Non enim quod peccat, sed quod in peccato perseverat, Deo odibilis est. Ut ergo verbis Domini secundum Marcum utar, quibus dicit: *Quod dico, omnibus dico, Vigilate* (*Marc. xiii*); similiter quod dico, omnibus vobis dico: clericis, laicis ac sanctimonialibus, ut quisque se recolit invidiæ aut detractionis, odii quoque et fornicationis, sive incestus vel perjurii, cæterorumque vitiorum contagione affectum, saltem hodie per divinæ salutis

A medicamentum, in quantum prævalet, se purificare procuret. Confiteatur aduersum se iniquitatem suam Domino, ut remittat impietatem cordis sui (*Psal. xxxi*), et reliquæ cogitationum ejus diem festum agent Domino (*Psal. lxxv*). Tunc enim reliquæ cogitationis diem festum agunt Domino, quando peccator quilibet post prius datam confessionem, se cohibere pollicetur ab iniquitate sua, totusque prorumpit in lacrymas et in afflictionem cordis, quoniam *cor contritum et humiliatum Deus non spernit* (*Psal. l*): et hujusmodi festivitas angelis exsultantibus sit, Veritate attestante, quæ ait: *quia gaudium est in cælo super uno peccatore coram angelis Dei* (*Luc. xv*). Quia ergo majora crimina admittentibus majora sunt adhibenda remedia, convertam me ad vos quos Ecclesia ex more pœnitentes vocat, cupiens audire et videre quanta intentione desistere studuistis commissa vestra, et quanto studio deinceps procurare vultis ne in barathrum perditionis animæ vestræ relabantur. Ex ipsis namque fracturis vel vulneribus corporum infirmitates potestis cognoscere animarum vestrarum. Si enim alicui erus frangatur, aut manus, cum labore solet ad pristinum revocari officium; si vero secundo et tertio eodem loco membra ipsa frangantur, potest intelligere charitas vestra cum quantis doloribus et cruciatibus vulnera ipsa curanda sunt; et tamen post longos et multos labores, vix erit unquam ut ad pristinum statum membra ipsa valeant revocari. Similis ratio in animarum fracturis existimanda est. Si ergo semel aliquis, secundo capitalia crimina admisit, et ad pœnitentiæ fructum confugerit, incolumitatem quam perdidit recipiet; si vero crimina criminibus cœperit addere, et animarum vulnera tegendo permiserit putrescere, timendum est mirum in modum ne in illo impleatur illud prophetæ, *Computruerunt jumenta in stercore suo* (*Joel. i*); et illud Apostoli: *Secundum duritiam cordis tui et cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei* (*Rom. ii*). Nam, ut de indulgentia divina nemo diffidat, Dominus noster per prophetam consolatur nos, *Nolo* (inquiens) *mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat* (*Ezech. xxxii*). Sic tamen non et fidat, ut sine mora ipsius animam repropitiari æstimet, ne forte si consuetudinem graviter peccandi tenuerit, etiamsi velit, jam de diaboli laqueis evadere non possit. David, qui et rex propheta divino munere fieri meruit, post tantam gratiam ita perditus est, ut non solum adulterium committeret, sed etiam homicidium perpetraret (*II Reg. xii*): nec tamen se ad hoc reservavit ut in senectute sua ad pœnitentiæ medicamenta confugeret, sed in cilicio prostratus et conspersus cinere, cum ingenti rugitu, planctu et gemitu, pœnitentiam agens implevit illud quod in Psalmis dixerat: *Lavabo per singulas noctes lectulum meum, lacrymis meis stratum meum manducabam, et potum meum cum fetu miscebam* (*Psal. ci*). Manasses quoque rex, ut in Scripturis legimus (*IV Reg. i; II Par. xxxiii*), tam sacrilegus et impius fuit, ut de illo

1 fuit quod totam Jerusalem omni iniquitate  
 it; et tamen hic in captivitatem ductus et in  
 missus, cum grandi humilitate penitentiam  
 ita gratiam Dei optimi promeruit, ut me-  
 later amicos Dei postmodum numerari. Me-  
 lam illa, quæ pedes Domini lacrymis lavit et  
 extersit, audire meruit quod ei omnia pec-  
 catorum dimissa (*Luc. vii*). Denique vos, sacer-  
 di et sanctorum lapides nuncupamini, scien-  
 tipturarum semper exquirite, propter illius  
 prophetæ dictum: *Labia sacerdotis custo-*  
*diunt, et legem requirunt ex ore ejus, quia*  
*Domini exercituum est* (*Malach. ii*), ut anima-  
 is commissis, verbum vitæ annuntiare que-  
 antes illud cujusdam incurrere: *Væ mihi,*  
*si* (*Isa. vi*): perpendite quæ mala negligens  
 iras perpeccatus est, et quam gloriam Phi-  
 zaelo Dei commotus est, ipso remunerante  
 it (*I Reg. ii*). Et ideo, quanto potestis studio  
 ut animæ vobis commissæ in futuro judi-  
 cio æterna gloria perfrui mereantur quam in  
 s tenebras projiciantur. Vulnus sane quod  
 test et palpari citius sanatur quam illud  
 ulcatur. Hoc ideo dico quia sunt plerique  
 et ex vobis, quorum crimina ita teguntur,  
 conciliationis gratiam non admittantur. Hi  
 mudi et ab Ecclesiæ interventu arcendi sunt,  
 is non reconciliantur per manus impositionem  
 solvantur, tamen per honorum operum ex-  
 met castigent corpus suum et servituti sub-  
 vertant oculos suos ne videant vanitatem  
 : xviii), obturent aures suas ne audiant lin-  
 rogantem; exerant manus suas ad bene-  
 m, et pedes suos ad currendum in via Do-

Scriptura, fratres mei, divinitus instituta, se-  
 l postoli sententiam, utilis est ad docendum,  
 dum, ad corrigendum, ad erudiendum in justifi-  
 cam. iii). Quapropter quisquis sedulus earum  
 ator, et interne eas conspicit, inveniet in  
 uave documentum, et in sensu salubre con-  
 mysterio honorabile sacramentum. Non  
 immodo sufficit lectoribus divinarum libro-  
 rum historicus, sed etiam diligenter eis est  
 ndum quid per allegoriam eis propheticus D  
 uere velit: sicut habetur series lectionis  
 halis qui populo Israelitico legali observa-  
 us est immolari, typice demonstrans Agnum  
 tam Dei Patris Filium, cujus hodie Passio-  
 nem celebramus. De quo Joannes: *Ecce, in-*  
*us Dei, ecce qui tollit peccata mundi* (*Joan. ii*).  
 cet agnus Paschalis ad vesperam immola-  
 altima mundi ætate pro nobis Christus oc-  
 e cujus sanguine postes domorum tingun-  
 corpora fidelium, quia oportet Euchari-  
 namentes, castis cogitationibus et recta  
 bonæ voluntatis munitis fornicationis in-  
 ere incursum, ut in omnibus redemptione  
 sciamus esse salvandos. Ejus carnes assas

PATR. LXXXVII

A comedimus, si nihil in nobis fluidum relinquimus, sed  
 totum virtutibus solidatum, et igne sancti Spiritus  
 decoctum approbamus, velut Psalmista: *Exaruit,*  
 inquit, *velut testa virtus mea* (*Psal. xxxi*). Quid nam-  
 que est testa ante ignem, nisi molle lutum? sed de  
 igne agitur, ut solidetur. Virtus ergo humanitatis  
 Christi velut testa exaruit, quia ab igne Passionis ad  
 virtutem incorruptionis crevit. Caro etiam agni cum  
 azyinis panibus et lactucis agrestibus est edenda, ut  
 cum corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis  
 nostris in flentibus affligamus, quatenus ipsa ama-  
 ri udo penitentiae abstergat a mentis stomacho per-  
 versæ amorem et pravitatem vitæ, ut festinanter  
 Pascha comedendo ad solum patriæ cœlestis anhele-  
 mus, et de pejoribus ad meliora pergentes, tenebro-  
 sam Ægyptum relinquamus, intelligentes nos hic non  
 habere manentem civitatem, sed futuram inquiren-  
 dam. Ad quam Mediatoris Dei et hominum passione  
 interveniente, toto mentis affectu curramus, ut non  
 hospites et advenæ, sed cives sanctorum et dome-  
 stici Dei ibi esse possimus, collaudantes illum qui  
 pane cœlesti in hac peregrinatione nos satiat, ut visi-  
 onem æternæ claritatis sine defectu luminis cornere  
 possimus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA XVI.

Fratres charissimi, Spiritus sanctus per Isaiam pro-  
 phetam, sacerdotibus et levitis, omnibusque doctori-  
 bus Ecclesiæ præcipit dicens: *Clama, ne cesses, quasi*  
*tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo oc-*  
*clera eorum, et domui Jacob peccata eorum* (*Isa., lvi*);  
 Et per Ezechielem prophetam: *Si, inquit, non an-*  
*nuntiareris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus*  
*de manu tua requiram* (*Ezech. iii*). Sed quia multi qui  
 intra matris Ecclesiæ viscera sunt, catholici videntur  
 et Christianitatis nomine censentur, ita in exte-  
 rioribus dati, ut nec veram fidem Christianorum re-  
 tineant corde, neque bonis operibus se esse Chri-  
 stianos ostendant: nesciunt enim sacramentum hujus  
 nominis ac virtutem; et quoniam nomen Christianum  
 a Christo Dei Filio vocabulum sumpsit, et per san-  
 ctos prædicatores crescendo usque in ultimos fines  
 terræ pervenit, idcirco tam doctoribus quam audito-  
 ribus scire necesse est ob quam causam Dei Filius,  
 qui verus est Deus ex Deo Patre, in hunc mundum  
 venerit et veram carnem nostræ similem, ex substan-  
 tia Mariæ virginis absque peccato susceperit, et di-  
 vinitati suæ univerit; ut qui erat ex Patre (ut dictum  
 est) verus Deus, ipse fieret ex matre verus homo unus  
 atque idem; non admittendo quod erat, sed assu-  
 mendo quod non erat, ipse in assumpta humanitate  
 propter unctionem Spiritus sancti Christus est ap-  
 pellatus, a quo omnes credentes in eum per bap-  
 tismum regenerati, Christiani sunt appellati. Et quem-  
 admodum prior populus Judæorum ex tribu Juda  
 vocabulum trahens Judæi sunt appellati, ita et no-  
 vissimus populus sub Evangelio a Christo, ut dictum  
 est, Christiani sunt vocati. Unde, quia Christiani di-  
 cimus, Christi opera facere debemus. Et ideo qui se  
 culpabilem esse recognoscit, ad emendationem vitæ

et satisfactionem pœnitentiæ recurat, certus de Dei misericordia : quam, si ex toto corde pœnituerit, et mala quæ antea operatus fuerit ultra non fecerit, veniam a Deo consequatur. Sic enim ipse Dominus per Isaiam prophetam promittit dicens : *Cum conversus in jemeris, salvus eris (Isa. XLIII)*; et iterum per eundem prophetam : *Ego sum, ego sum, dicit Dominus, qui deleo iniquitates tuas, propter me, et peccatorum tuorum non ero memor; dic tu prius iniquitates tuas ut justificeris (Ibid.)*. Per Ezechielem quoque prophetam, rursus Dominus ait : *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus fuerat, et fecerit judicium et justitiam, omnium iniquitatum ejus non recordabor (Ezech. XVIII)*. In Evangelio quoque Salvator promittit dicens : *Gaudium erit in celo angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente, quam supra nonaginta novem justis qui non indigent pœnitentia (Luc. xv)*. Salomon quoque ait in Proverbiis : *Justus prior est accusator sui (Prov. XVIII)*. Certum est enim quod nullus justus nisi pœnitens, nemo autem impœnitens justus : quoniam sicut impossibile est hominem sine peccato esse, ita absque pœnitentia impossibile est salvum fieri, quoniam dicente Joanne apostolo : *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est; si vero confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus ut remittat nobis peccata nostra et mundet nos ab omni iniquitate (I Joan. 1)*. In libris quoque sanctorum Patrum de satisfactione pœnitentiæ, inter cætera hæc scripta sunt : Pœnitentiam ergo peccatoris Deus exspectat. Pœnitentia autem illa est vera, ut jam amplius non faciat homo mala quæ gessit, sed de præteritis pœniteat et de futuris caveat, nec ad ipsa iterum revertatur. Et ideo, charissimi, juxta Psalmistæ vocem, *declinemus a malo et faciamus bonum (Psal. xxxiii)*; et ut scire possitis quomodo id fieri oporteat, audite quæ dicturi sumus attentius. Quicumque superbus fuit aut elatus, reprimat superbiam suam, et sit humilis et simplex, quia *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (I Petr. v)*. Qui erat iracundus, vel, quod est deterius, furibundus et minax, protervus atque crudelis, compescat sevitiâ suam et mentis crudelitatem, et sit patiens, mitis atque pius, quoniam *ira viri justitiam Dei non operatur (Jac. 1)*, et absque patientia et pietate regnum Dei consequi nemo potest. Qui fuit grassator idem carnifex, sive, quod est deterius, homicida, conversus agat dignam pœnitentiam et sit mansuetus et pius, quoniam sicut homicidæ, nisi dignam egerint pœnitentiam, vitam æternam consequi non possunt, ita nec grassatores qui sine pietate miserorum membra dilaniant sive detruncant. Qui erat invidus sive odiosus, conversus a malitia sua, sit benignus atque misericors, discat diligere fratrem suum quem prius odio habebat. Qui fuit fornicator aut adulter, seu incestus, immundus, conversus agat pœnitentiam, et deinceps vivat sobrie atque continenter. Quicumque estis conjugati, viventibus uxoribus vestris, cum aliis feminis nolite commisceri et fieri adulteri vel fornicarii. Si quando anniversariæ festi-

A vitates et Dominici dies occurrant, ante aliquot dies, etiam a propriis uxoribus vestris vos abstinere convenit, ut possitis mundo corde et casto corpore, ad missam Domini accedere, et corpus et sanguinem ejus sine judicio damnationis accipere. Diebus autem Quadragesimæ vos omnibus modis a conjugum commixtione vestrarum, sicut decet Christianos, abstinere oportet; nam, ut quidam sapiens ait, similis reatus est fidei Christiano diebus Quadragesimæ etiam cum propria uxore concumbere, sicut et carnes in cibo sumere. Qui erat scurræ, id est minator [An mimator?], turpia sectans et immunda loquens, corrigat semetipsum, et desinat esse quod fuit : discat bonum loqui qui prius vana et turpia loquendo, tam se quam auditores suos maculabat. Qui erat avarus aut tenax, id est qui aliena cupiebat, et qui sua minime largiebatur, contentus suis propriis rebus, sit largus et beneficus, id est, aliena non concupiscat, non rapiat, non fraudetur, et in quantum vires ei suppetant, porrigat. *Qui jurabatur, jam non furetur, sed magis laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitati patienti (Eph. iii)*. Qui erat conessator, id est glutto aut ebriosus, sit parcus et sobrius. Qui consueverat propter humanam famam indiscrete res suas in cibo et potu superflue effundere, discat rationabiliter eas dispensare, quoniam sicut abominatio est apud Dominum avaritia, id est tenacitas, ita peccatum est indiscreta effusio : nec tenaces enim nos esse vult Deus, nec prodigos, id est effusos. Qui erat mendax aut falsarius, corrigat malum suum, et cesset esse qualis fuit, sitque amator veritatis et rectitudinis. Nec nostrorum vulnere multitudo nos in desperationem deprimat, quo major est potentia medici quam magnitudo languoris nostri. Quid est enim quod reparare ad salutem non possit, qui potuit omnia ex nihilo creare? Unigenitus quippe est omnipotenti Patri coæternus, cum quo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Duos præterea, fratres mei, alloquimur, quos publica actio criminalis publicam coegit agere pœnitentiam, unde unusquisque vestrum ad se rediens, consideret si per amaritudinem pœnitentiæ Deo satisfecerit pro suis offensis et delictorum maculis. Nam licet ministerium reconciliandi episcopali auctoritate in vobis complere velimus; tamen nisi Spiritu sanctus, per cujus invocationem istud officium agitur, corda vestra intrinsecus purificata invenerit, a reconciliationis gratia vacui remanebitis. Quapropter si deinceps ad ea quæ pœnituitis redire non vultis, neque alia crimina, custodiendo et protegente te Deo, perpetrare in animo habetis, date nobis signum quo cognoscamus quod magis cœlestia quam terrena ametis; Deo optimo gratias referamus, qui misericorditer corda vestra tetigit, ut mandata ejus corde ac mente exsequi velitis, nec ad præterita vitia recurrere, sed in ejus dilectione atque præceptis persistere velle vos ostenditis, petentes jugiter et obsecrantes pietatem Domini nostri Jesu Christi ut bonum quod cœpit in vobis agere dignetur et perficere cum

bonis operibus ac largiflua lacrymarum effusione. A poenitentia sua jam non utitur sermone quo Christum negaverat, ne illi sermoni non crederetur ad confitendum quo usus fuerat ad negandum. In omni igitur culpa prius flendum est; et sic deinde precandum: lacrymæ enim tacite quodammodo preces sunt. Veniam non loquendo postulant, sed merentur. Causam non dicunt, et misericordiam consequuntur quam ab ipso Redemptore nostro consequi possumus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## IN SERMONEM SEQUEM

### MAI MONITUM.

(Mai. Script. Vet. Vat. Collectio.)

Cum mihi pervetusta quædam exhortatio ad B esse hanc adhortationem ad regem adolescentulum; puto tamen saltem ad decennem potius quam ad quadriennem, apud quem vana oratoris locutio fuisset. ipsum porro oratorem sacerdotem vel potius episcopum fuisse apparet; itaque mihi de sanctis episcopis vel Audoeno vel Eligio cogitare placebat; qui ambo apud Clodoveum II et Dagobertum patrem magna cum auctoritate versati sunt. Certe ad has meas conjecturas quod attinet, legere proderit Cointium in ecclesiasticis Francorum, annalibus, tom. III, ubi Clodovei II regnum late describitur.

## IN CHRISTI NOMINE INCIPIT SERMO AD REGEM.

Moneo sublimitatem tuam, nobilissime rex, ut quæ C tibi charitatis stylo scribere præsumpsi, excellentia tua benigne dignetur recipere. Oportet, scilicet, te, piissime rex, frequenter sacras recensere Scripturas, ut in eis antiquorum et Domino placentium regum valeas cognoscere causas; qualiter ipsi per humilitatis custodiam Domino placuerunt; quorum vestigia si secutus fueris, honorem longævum regni præsentis, et insuper vitam obliuibus æternam. Rex enim David sapiens humilisque jugiter opera bona secundo quæ Domino erant placita, prælia quæ fuerant contra illum parata semper vicit, templum Domini ipse ædificare cœpit, illiusque ejus Salomon illud postea ad perfectionem perduxit, quia per prophetam Dominus ei locutus est dicens: Ex femoribus tuis exiet qui hanc domum meam postea ædificabit; qui Salomon rex tantam sapientiam tantamque prudentiam habuisse legitur ut in ejus dictis nullus sit D qui reprehendat usque ad unum iota: rectus fuit in judicio, sapiens in eloquio, omnesque motus suos totos regales habuit.

Isti reges supradicti semper prophete Domini quod eis denuntiaverunt, intento sensu audierunt. Quamobrem, gloriosissime domine, modo oportet te ut et sacerdotes audias, et consiliarios seniores diligas, simulque et illum qui post te palatium tuum regit, et ad eorum doctrinam quam tibi indicant vigilantè attendas, quia vulgari sermone ita dicitur: Qui cum pluribus consiliatur, solus non peccat. Dig-

a Clodovei II intelligo majorem domus Erchoaldum, virum strenuum atque sapientem, uti eum ap-

pellat Fredegarius, apud Cointium, annal. Franc. t. III, p. 333.

num est etiam ut personarum maturam ætatem et consilium habentium non surdus auditor fias, sed claro moderamine ipsos audias; juvenum quidem, qui tibi proximi assistunt, cauto ordine eorum verba recipe, quia per juvenum consilia sæpe casus evenit, et in senioribus eloquii stabilis dignitas perdurat. Salomon quidem quando regnum accepit atque in eo unctus fuit, evigilavit mane et ita oravit in templo Domini dicens: Domine Deus, tu me servum tuum regnare fecisti, ego autem sum perparvus, et ignorans egressum et introitum meum, et servus tuus in medio populi est quem elegisti infiniti qui numerari et supputari non potest præ multitudine. Dabis ergo servo tuo cor docibile, ut judicare possit populum tuum et discernere inter malum et bonum. Instrue me, Domine, viam rectam in qua ambulem, et da mihi sapientiam atque intellectum in omnibus sensibus meis, ut armis fidei circumdatus in omni intelligentia et monitione circa me tuæ protectionis auxilium habeam. Et cum hæc orasset, exaudita est oratio ejus, et locutus est angelus Domini ad eum dicens: Quia non petisti aurum, nec argentum, neque divitias aut animas inimicorum tuorum, ideoque quod postulasti dabit tibi Dominus, hoc est sapientiam et intellectum.

Ergo si tu, domine, bona postulas a Domino, et si fueris mensuratus in verbis, firmus in dictis, fœderator in animo, in charitate locuples, in bonitate subtilis, in salutatione receptaculum habens, in dispensatione sensatus, in judicio rectus, in vindicta